

2

QVOLIBETA  
DOCTORIS  
EXIMII

RICARDI DE MEDIAVILLA  
ORDINIS MINORVM,

QV AESTIONES  
OCTVAGINTA  
CONTINENTIA.



BRIXIAE,

---

DE CONSENSV SUPERIORVM,  
M. D. XCI.

2 400 40

Safra

MADE IN SPAIN

2

QVOLIBETA  
DOCTORIS  
EXIMII  
RICARDI DE MEDIAVILLA  
ORDINIS MINORVM,

QV AESTIONES  
OCTVAGINTA  
CONTINENTIA.



BRIXIAE,

---

DE CONSENSV SUPERIORVM,  
M. D. XCI.

INDEX OMNIUM QUESTIONUM  
 QVOLIBETORVM.

QVOLIBETVM PRIMVM.

ARTICVLVS PRIMVS.

**I**N NOSTRA disputatione, &c. f. 1. 1.  
 Vtrum Deus cognoscat res in singu-  
 lari. *ibid.*  
 Vtrum Deus possit facere vnum cor-  
 pus simul in diuersis locis localiter  
 existere. 2. 2.  
 Vtrum in Christo sit tantum vnum es-  
 se substantia. 5. 1.  
 Vtrum possit dici quod in eodem instanti sit sub specie-  
 bus panis in sacramento substantia panis, & corpus  
 Christi. 7. 1.  
 Vtrum alia sit filiatio qua Christus refertur ad patrem ab  
 illa qua Christus refertur sicut filius ad matrem. 8. 2.  
 Vtrum aureola debeatur Christo. 9. 2.

ARTICVLVS II:

**C**onsequenter descendendum est, &c. 11. 1.  
 Vtrum creatura ante mundi constitutione habuit  
 aliquam relationem realem ad Deum. *ibid.*  
 Vtrum esse actualis existentia sit idem re cum essentia, cu-  
 ius est esse. 12. 1.  
 Vtrum relatio realiter idem sit cum suo fundamēto. 14. 1.

ARTICVLVS III.

**C**onsequenter descendendum est, &c. 15. 2.  
 Vtrum omnes sphaerae caelestes moueantur ad ean-  
 dem partem. 16. 1.  
 Vtrum lumen realiter sit in aere. 16. 2.  
**ARTICVLVS IIII.**  
**C**onsequenter veniendum est, &c. 17. 2.

QVOLIBETVM SECVNDVM.

ARTICVLVS PRIMVS.

**I**N NOSTRA disputatione, &c. 31. 1.  
 Vtrum in Deo sit intellectus practicus.  
*ibidem.*  
 Vtrum Deus possit mouere aliquod  
 corpus localiter ab oriente in occi-  
 dentem motu recto in instanti. 34. 2.  
 Vtrum Deus possit transmutare dimen-  
 siones corporis sui sicut substantiam in substantia. 35. 2.  
 Vtrum Deus inter se, & supremam creaturam possit crea-  
 re nobiliorem. 36. 1.  
 Vtrum Deus possit facere aliquam creaturam inferiorē  
 prima materia generabilium, & corruptibilium. 40. 1.  
 Vtrum Deus potuit non praedestinare illum, qui praedesti-  
 natus est. 42. 1.  
 Vtrum filius Dei potuisset assumere corpus sine anima. 43. 1.  
 Vtrum persona filij Dei possit assumere simul plures na-  
 turas humanas. 44. 1.  
 Vtrum haec sit vera, Deus non genuit Deum. 44. 2.  
 Vtrum cibis qui transmutabatur in corpus Christi natu-  
 raliter, assumeretur a persona domini nostri Iesu Chri-  
 sti. 45. 1.  
 Vtrum corpus Christi, sit in altari, secundum suam quan-  
 titatem naturalem. 45. 2.  
 Vtrum illa opinio sit erronea, quae dicit materiam panis  
 remanere in sacramento altaris. 47. 1.

ARTICVLVS II.

**C**onsequenter veniendum est, &c. 48. 2.  
 Vtrum plures mundos esse simul, includat contradi-  
 ctionem. 49. 1.  
 Vtrum quantitas dicat rem aliquam ultra substantiam, cu-  
 ius est quantitas, loquendo de re absoluta. 50. 1.

Vtrum anima intellectiua sit a generante. *ibid.*  
 Vtrum anima intellectiua sit forma corporis. 19. 1.

ARTICVLVS IIII.

**C**onsequenter veniendum est, &c. 20. 1.  
 Vtrum corpus perfectum hac anima, potuisset alia  
 anima perfici. *ibid.*  
 Vtrum corpus in resurrectione si organizaretur modo  
 opposito, quam sit modo: verbi gratia, si haberet pedes  
 in pectore, & manus vbi modo sunt pedes posset ab ani-  
 ma sua iterum perfici. 21. 1.

ARTICVLVS V.

**C**onsequenter veniendum est, &c. 21. 2.  
 Vtrum voluntas in homine moueatur ab appetitu  
 sensitiuo. *ibid.*  
 Vtrum homo per naturam possit habere usum liberi ar-  
 bitrij in somnis. 23. 1.

ARTICVLVS V.

**C**onsequenter veniendum est, &c. 25. 2.  
 Vtrum Petrus peccauit, quando negauit Christum.  
*ibidem.*

ARTICVLVS VI.

**C**onsequenter veniendum, &c. 26. 1.  
 Vtrum secularis qui non audit Missam in die domi-  
 nico peccat mortaliter. 26. 2.  
 Vtrum ieiunanti in quadragesima in peccato mortali in-  
 iungendum sit, quod iterum ieiunet. 27. 1.

ARTICVLVS VII.

**C**onsequenter veniendum est, &c. 28. 1.  
 Vtrum peccatum in spiritum sanctum sit peccatum  
 ex certa malitia. *ibid.*  
 Vtrum peccatum omissionis consistat in aliquo actu. 29. 2.

Vtrum causa praecisa quare duo corpora non possunt esse  
 simul, sit dimensio. 53. 1.  
 Vtrum faba ascendens obuians lapidi molari descendenti  
 quiescat. 54. 2.  
 Vtrum in comestione debeant praeponi grossa aut subtri-  
 lia. 56. 2.  
 Vtrum melius sint dispositi ad scientiam nani quam gi-  
 gantes, & parui, quam magni. 57. 2.  
 Vtrum anima corpori corruptibili coniuncta semper se  
 intelligat. 61. 1.  
 Vtrum virtus moralis sit in appetitu sensitiuo, sicut in  
 subiecto. 62. 2.  
 Vtrum posito, quod Christus in caena transmutasset cor-  
 pus Petri in corpus suum, illud, quod remansisset de Pe-  
 tro fuisset viuens. 63. 2.  
 Vtrum irregularitas tollatur per baptismum. 65. 1.  
 Vtrum liceat emere, vel vendere redditus ad vitam. 65. 2.  
 Vtrum aliquis possit licite emere, vel vendere aliquid an-  
 nexum spirituali. 71. 2.  
 Vtrum praelatus qui non vult praebendare, nisi conterra-  
 neos suos peccet. 72. 2.  
 Vtrum ille qui habet plures praebendas in pluribus eccle-  
 sijs, teneatur pluries dicere horas canonicas in die.  
 fol. 74. 1.  
 Vtrum religiosi debeant sui detractionibus resistere. 74. 2.  
 Vtrum liceat viro religioso vim vi repellere. 75. 2.  
 Vtrum ille qui lucratur per ludos prohibitos teneatur ad  
 restitutionem. 76. 2.  
 Vtrum clerici possint cogi ad solutionem exactionum fa-  
 ctarum in ciuitate propter utilitatem boni communis.  
 fol. 78. 1.  
 Vtrum praedicator ratione sui officij teneatur omnia illa  
 facere, quae docet aut praedicat. 83. 1.

I N D E X.  
Q V O L I B E T V M T E R T I V M.

ARTICVLVS PRIMVS.

**N**onsequenti disputatione, &c. 84.1  
 Vtrum futura sint realiter presentia  
 eternitati. ibid.  
 Vtrum actio peccati, in quantum actio  
 sit a Deo. 87.2  
 Vtrum Deus sit tota causa conuersio-  
 nis impij, ita quod impius nihil co-  
 operetur ad hoc. 88.2  
 Vtrum in Christo fuerint aliqua opera imperfectionis.  
 fol. 90.2

ARTICVLVS II.

**C**onsequenter proponamus, &c. 91.2  
 Vtrum magnitudo naturalis sit diuisibilis in infini-  
 tum. ibidem.  
 Vtrum motus naturalis possit fieri in instanti. 93.2  
 Vtrum bona fortuna possit esse alicui homini naturalis.  
 fol. 94.2  
 Vtrum herba vel harmonia possint impedire demonem  
 in vexando homines. 97.1  
 Vtrum species vini transubstantiati in sanguinem Chri-  
 sti possint corrumpi per additionem vini. 98.1  
 Vtrum imaginatiua possit transmutare corpus in quo  
 est. 99.2  
 Vtrum aliquis somniando possit prouidere futura. 101.1  
 Vtrum fascinatio sit possibilis. 104.2  
 Vtrum infort unum accidens alicui, possit amico remo-  
 to, & nihil scienti de hoc ingerere dolorem. 107.1  
 Vtrum virginitas corrupta ad mente possit reintegrari  
 per poenitentiam. 108.1  
 Vtrum character dicat aliquid absolutum in anima.  
 fol. 108.2  
 Vtrum iam iustificatus per contritionem teneatur reci-

pere sacramentum poenitentiae. 110.2  
 Vtrum sacramentum poenitentiae respectu eorumdem pec-  
 catorum in numero habeat efficaciam, ex vi sacrame-  
 ti quotienscunq; fuerit receptum a poenitente.  
 fol. 111.1  
 Vtrum matrimonium cum illo contractum qui fuit vltra  
 annum in religione, & non fecit professionem sit diri-  
 mendum. 115.1  
 Vtrum ille qui iurauit se nunquam intraturum religio-  
 nem sit obligatus ad non intrandum. 115.2  
 Vtrum aliquis retrahens aliquem ab ingressu religionis  
 tenentur restituere, vel pro ipso intrare. 116.2  
 Vtrum Clericus qui habet stipendia ex quibus potest suf-  
 ficienter sustentari, mortaliter peccet Ecclesiasticum  
 beneficium recipiendo. 118.1  
 Vtrum Clericus ad aliquam dignitatem dispositus, pec-  
 cet mortaliter praestando impedimentum, ne illam di-  
 gnitatem recipiat. 118.2  
 Vtrum Magister teneatur recipere quaestionem pro qua  
 incurreret maluolentiam, quam quaestionem est vile  
 scire. 119.1  
 Vtrum electus in episcopatum ignarus in sacra scriptu-  
 ra, & requisitus vtrum sciat vetus Testamentum, &  
 nouum, & respondet si sciret, peccat mortaliter. 119.2  
 Vtrum ille peccat, qui tali electo munus confirmationis  
 impendit. 120.2  
 Vtrum iudex scienter sententians contra veritatem, de  
 qua certus est in conscientia sua, quam tamen nescit,  
 vt iudex sed tanquam quaedam singularis persona for-  
 te quia solus factum vidit, peccet mortaliter. 121.1  
 Vtrum existens in vno peccato mortali possit alij peccato  
 resistere. 123.2  
 Vtrum laici subditi dominis temporalibus teneantur sol-  
 uere tallias de nouo impositas, quae non vergunt nisi  
 in utilitatem dominorum. 125.1

F I N I S.

Q V O L I B E T A  
DOCTORIS EXIMII

RICARDI DE MEDIAVILLA  
ORDINIS MINORVM,

Q V A E S T I O N E S O C T V A G I N T A  
continentia.

Q V O L I B E T V M P R I M V M.

Quaestiones XXII.



**I**n nostra disputatione de quolibet quaedam fue-  
 runt quaestiones de Deo, &  
 quaedam de creaturis. De  
 Deo fuerunt quaedam  
 quaestiones respicientes  
 diuinam substantiam.  
 Quaedam respicientes  
 personam filij Dei in-  
 quantum habet naturam  
 humanam sibi unitam. Quaestiones respicientes  
 diuinam substantiam fuerunt duae. Vna perti-  
 nens ad scientiam, alia ad potentiam: Quae perti-  
 net ad scientiam fuit haec.

Q V A E S T I O I.

Vtrum Deus cognoscat res in singulari.

Prima q.  
1. argu. 7.  
me. l. c. 35.  
53.

**A**RGVEBATUR quod non, quia sin-  
 gularia sunt corruptibilia, & tempo-  
 ralia: ergo Deus cognosceret ea cor-  
 ruptibiliter, & temporaliter. Sed Deus  
 nihil cognoscit temporaliter, & corruptibili-  
 ter: ergo Deus non cognoscit res in singulari.

Secundum.  
3. met. t. c.  
11.  
Sancti pra-  
cipue Aug.  
ex. 35. di. 1.  
et 36.

**A**d idem potest sic argui. Deus nihil cogno-  
 scit aliud a se, nisi per ideam: sed in Deo non  
 sunt ideae singularium, quod probo sic. Philo-  
 sophi. n. ideas esse non dixerunt, nisi specierum.  
 Sancti autem opinionem philosophorum de  
 ideis non reprobauerunt, nisi quoad hoc, quod  
 posuerunt eas extra mentem diuinam. Sancti  
 autem ponunt eas in mente diuina: quia non  
 sunt ideae, nisi scelerum.

In opposi-  
tum.

**C**ONTRA, Deus est causa singularium,  
 quorundam causa immediata tantum, quorun-  
 dam vero mediata, & immediata. Deus autem  
 perfectissime cognoscit seipsum: ergo perfe-  
 ctissime cognoscit causam immediatam cu-  
 iuslibet singularis. Sed qui cognoscit causam  
 immediatam alicuius rei, cognoscit illam rem:  
 ergo Deus cognoscit res in singulari.

Scholastici  
in 1. distin.  
39.

C O N C L V S I O.

*Vtq; Deus rerum omnium, vel in singulari perfe-  
 ctissimam habet cognitionem. Cum praesertim primam  
 earum causam se ipsum nempe perfectissime cogno-  
 scat, est enim ipse omnis principium.*

**A**D ISTAM quaestionem respondendo,  
 quod Deus perfectissime cognoscit vniuersalia,  
 & singularia. Vnde dico, quod cognoscit res in sin-  
 gulari, quod declaratur sic. Deus. n. q. creauit co-  
 gnoscens creauit, sed singularia creauit. Quic-  
 quid. n. a Deo creatum est, singulare est, non. n.  
 creatur vniuersale, nisi in singulari, in quo est,  
 non tamen sub ratione qua vniuersale est: er-  
 go Deus singularia cognoscit.

*Responso.  
Non obstan-  
te irratio-  
nabili, &  
absurda opi-  
nio. comen.  
11. met. c.  
37. asseren-  
tis Deum tan-  
tam vniuer-  
salia cogno-  
scere, & non  
singularia.*

Itē singularibus hominibus prouidet, & bo-  
 nis pro bono merito retribuet vitam aeternam,  
 reprobos autem pro sua demerita condēnabit  
 ad poenam aeternam, singulares hoīes iudicans  
 sicut iustus iudex, non iudicat autem iustus iu-  
 dex, nisi de his, quae cognoscit: ergo singulares  
 homines, & singula eorum merita, & demerita  
 Deus sub certitudine cognoscit.

Item Deus est omnium singularium causa  
 efficiens immediata, quamuis quorundam si-  
 mul sit causa immediata, & mediata.

Item Deus omnium singularium est princi-  
 palissimus finis.

Item Deus omnium singularium est exem-  
 plaris causa omnium singularium expressiue  
 repraesentatiua, & Deus perfectissime cogno-  
 scit seipsum, & secundum id quod est, & sub ratione  
 qua aliorum causa. Sed qui cognoscit perfecte  
 primam causam efficientem alicuius rei, & prin-  
 cipalem causam finalem illius, & eius causam  
 exemplarem ipsam expressissime repraesentan-  
 tem, cognoscit illam rem: quia secundum quod dici-  
 tur 1. phy. Tunc. n. opinamur cognoscere vnum  
 quodcumque cum causas cognoscimus, & prin-  
 cipia prima usque ad elementa: ergo Deus per-  
 fectissime cognoscit vnum quodque singulari,  
 sicut. n. dicimus, quod perfecte cognoscit vnquam  
 que speciem creaturam, eo quod essentia sua est pfe-  
 cte exprimens, vel repraesentans diuino intel-  
 lectui quamlibet speciem: ita oportet dicere,  
 quod pfecte cognoscit quodlibet singulare crea-  
 tum, eo quod essentia sua est perfecte exprimens,  
 vel repraesentans diuino intellectui quodlibet  
 singulare creatum. Sicut. n. diuina essentia est  
 expressum, & perfectum exemplar omnium specie-  
 rum.

T. c. 1.

Rich. Med. Quolib. A rum,



rum, ita est expressum, & perfectum exemplar omnium singularium contentorum sub speciebus. Huic sententia competere quaedam verba, quae dicit Auic. in sua meta. c. 3. & alleganda essent p parte ista, si ipse sane ea intellexisset, sed quaedam dicit, quae videntur circa illam materiam suam deformare intentionem, ea autem quae bene possent exponi, si ea bene intellexissent sunt haec, loquens de Deo sic. Quare ipse est principium omnis esse, tunc intelligit in se ipso illud cuius ipse est principium, & quia ipse est principium eorum quae sunt perfecta in singularitate sua, & eorum quae sunt generabilia, & corruptibilia secundum suas species, vno modo secundum sua individua, alio modo non potest esse, ut ipse sit intellectio istorum variorum cum sua variatione, secundum quod sunt variabilia intellectu temporali individuali, sed alio modo, quem ostendimus non enim potest esse ut ipse intelligat intellectu temporali quaedam ex eis esse, & aliquid quando intelligatur intellectu temporali quaedam ex eis non esse, tunc necesse enim esset variabilis esse essentia. Et in eodem capitulo bene postea subdit, non deesse ei aliquid singulare, & ideo non deest ei id, quod est numerum in celo, & in terra. Et hoc est vnum de mirabilibus mundi, quod non potest imaginari nisi qui fuerit subtilis ingenij: sed quomodo sit hoc ratio est haec, quia enim ipse seipsum intelligit, & quod ipse est principium omnis quod est, utique intelligit principia eorum quae sunt ab eo, & quod nascitur ab eis, & quicquid est ex rebus, omnino est necessarium esse propter eum ergo ista causa reducitur ad ea, quae proueniunt ex eis quousque; proueniunt ex eis res particulares, quae enim primus nouit causas, & quae continentur ab eis, tunc etiam nouit necessarium illud ad quod reducitur, & tempora quae sunt inter ea, & quotiens reducuntur. Impossibile enim est ut sciat illa, & nesciat ista: haec verba, Auic. sane possent exponi, & ad propositum si sanum intellectum in his habuisset, & alleganda essent, nisi alia alibi dixisset, quae circa hanc materiam intentionem suam deformare videntur. Adduxi ergo sua verba ista ad ostendendum quomodo philosophi aliquando tangebantur a quodam radio veritatis defectiue tamen, qui defectus erat ex parte eorum.

Responsio. Ad argum. In oppositum. Ad primam. Argumen.

ARGUMENTUM quod probat, quod Deus cognoscit res in singulari, gratia conclusionis concedendum est. AD id quod primo agitur in oppositum, respondeo, quod quamuis Deus cognoscat singularia, & temporalia, non tamen oportet, quod cognoscat ea temporaliter, & corruptibiliter secundum, quod haec dicunt modum ipsius cognitionis, quia cognitione incorruptibili, & aeterna cognoscit temporalia, & corruptibilia, secundum, quod haec dicunt modum ipsius cognitionis; quia cognitione incorruptibili, & aeterna cognoscit temporalia, & corruptibilia,

etiam modum suae temporalitatis, & corruptibilitatis.

Ad id quod arguitur secundo. Respondeo quod in mente diuina sunt idae specierum, & singularium contentorum sub speciebus, quod patet quia idae existens in mente diuina, ipsa est diuina essentia in quantum est ipsius creaturae factae, vel factibilis representatiua: ergo oportet esse multitudinem rerum factarum, & factibilium, vnde quot sunt species factae, & factibiles, & quot sunt singularia facta, & factibilia tot sunt idae, cum ipsa idae sit ipsa diuina essentia, in quantum apprehensa a diuino intellectu, ut imitabilis ab alijs a se, & ideo cum non tantum sit imitabilis a speciebus, sed etiam ab indiuiduis specierum, dico quod est idae non tantum modo specierum, sed etiam singularium, & sicut maior est distinctio inter duo singularia eiusdem speciei, quam inter singulare & suam speciem, magis enim differt Petrus a Paulo, quam Petrus ab homine. Petrus enim non est Paulus, sed Petrus est homo, aliquo tamen modo differt Petrus ab homine, in quantum id, quod dicit homo sub esse non signato, dicit Petrus sub esse signato, & ideo quod dicit homo sub ratione communicabili, dicit Petrus sub ratione incommunicabili: igitur dico, quod maior est differentia secundum rationem inter idae duorum singularium existentium sub eadem specie, quam inter idae speciei, & indiuidui sub illa specie. Sicut enim species non potest dici aliquid ab indiuiduo ita ut possit diuidi, homo, & for. sunt duo improprie, diuidi non possunt idae hominis, & idae for. sunt idae duae, nec tamen potest dici, quod totaliter sit eadem idae secundum rationem.

Ad secundam.

CONSEQUENTER sequitur questio respiciens potentiam Dei, quae est hic.

QUESTIO II.

Utrum Deus possit facere vnum corpus simul in diuersis locis localiter existere.

ARGUITUR primo quod non: quia tunc possit Deus facere duo contradictoria simul vera, quia esse hic includit non possit alibi, & esse alibi localiter includit non esse hic localiter: ergo si Deus possit facere vnum corpus in diuersis locis localiter, possit facere quod idem corpus simul esset in hoc loco, & non esset.

Eandem quod nem habet docto. in 4. lib. 10. art. 1. q. 4. prima mima argu. Scot. in 4. dist. 10. q. 2.

Ad hoc etiam potest argui sic: esse in vno loco tantum videtur competere creaturae: eo ipso, quod limitata est, sed Deus non potest facere quin corpus sit creaturae limitata: ergo Deus non potest facere quin corpus sit in vno loco tantum.

Secundo.

Item Anselmus monolog. 25. dicit, quod vnum totum non potest simul esse diuersis locis: sed corpus est vnum totum: ergo corpus non potest simul esse in diuersis locis, sed quod non potest esse, non potest fieri, & quod non est possibile fieri, Deus non potest facere, ergo non potest

Tertio.

test facere vnum corpus in diuersis locis.

CONTRARIUM arguitur per Hug. 2. lib. de sacramentis parte octaua, qui vult, quod Deus potest facere vnum corpus in diuersis locis.

In oppositum.

CONCLUSIO.

Potentia diuina possibile est facere idem corpus simul in diuersis locis localiter existere, cum praesertim ex hoc nulla contradictio sequatur.

Responsio. 2. Opinio.

AD ISTAM questionem volunt aliqui dicere, quod quamuis Deus possit facere vnum corpus in diuersis locis sacramentaliter, ut corpus Christi in diuersis altaribus sub diuersis speciebus sacramentalibus, non tamen potest facere vnum corpus in diuersis locis localiter: quia corpus, quod est in loco localiter, est in loco pro se, & secundum legem loci: lex autem loci est, ut ita circumscribat locatum, ut nihil de locato sit extra ipsum. Corpus autem quod est in loco localiter: est in loco pro hoc, quod aliquid quod erat in loco conuertitur in ipsum, & per hoc, quod aliquid sub quo continetur est in loco. Vnde corpus Christi in sacramento, est in loco per hoc, quod substantia panis quae erat in altari conuertitur in ipsum, & per hoc quod species panis sub quibus continetur in loco sunt, vnde ipse species sunt in loco per se, & secundum leges loci. Corpus autem Christi sub speciebus est in loco per ipsas species, & non secundum legem loci. Et ideo quamuis ipsae species non possunt esse eadem in numero in diuersis locis, tamen ipsum corpus Christi idem in numero, mediatis diuersis speciebus, potest simul esse in diuersis locis. Et ad suam, positionem nituntur adducere exemplum duplex. Vnum est, quod quamuis corpus non possit per se moueri localiter ad partes oppositas simul, potest tamen per accidens, ut patet de sphaeris inferioribus quae proprio motu mouentur ab occidente in orientem, & per motum sphaerae superioris simul mouentur ab oriente in occidentem, & similiter patet de illo qui est in nauis, qui motu nauis mouetur ad partem vnam, & simul cum hoc proprio motu mouentur in nauis ad partem contrariam. Exemplum similiter de anima quae est in qualibet parte corporis, tota mouetur per motum vnius membri, quia secundum philosophum 2. Topic. cap. 21. mouentibus nobis mouentur ea quae in nobis sunt: & per quietem alterius membri quiescit. Sicut ergo dicunt ipsi videmus, quod vnum corpus per se non potest simul moueri ad partes contrarias, potest tamen per accidens, ut declaratum est per exempla. Igitur dicunt ipsi impossibile est, quod per quamcunque potentiam fiat vnum corpus in diuersis locis simul localiter, ita quod in quolibet illorum locorum sit per se non mediante aliquo alio, & tamen possibile est per diuinam potentiam sit idem corpus in numero in diuersis altaribus

bus sacramentaliter. Si autem queras ab eis certam probationem huius, quod vnum corpus non possit esse simul in diuersis locis, etiam per diuinam potentiam, dicunt, quod ita per se notum est. Quod non possit demonstrari ex alijs notioribus se, eo quod statim imprimatur haec veritas in anima: verbi gratia dicunt ipsi, si diceretur ostendas mihi quid est ens, & quid est res, non possem ostendere per aliquid notius quam sit ens, vel res, vnde Auic. primo metaphysic. cap. 5. dicit quod ens, & res statim imprimuntur in animam prima impressione quae non acquiritur ex alijs notioribus se. Quia tamen etiam philosophus 4. metaph. rationes adducendo defendit hoc principium de quolibet est affirmatio, vel negatio, videtur eis congruum etiam ad hoc adducere aliquam rationem. Adducunt ergo rationem talem.

T. c. 7.

Corpus quod est in aliquo localiter, praesens est loco, & locus ei, ita quod simul sunt termini loci, & locati: ergo si corpus simul est in diuersis locis localiter, tunc termini vtriusque loci simul sunt cum terminis ipsis locati, sed sicut videmus. Quod quaecunque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem, ita videtur, quod quaecunque sunt simul cum eodem in numero habente limitatum esse, etiam simul inter se sunt: ergo termini diuersorum locorum distantium etiam simul, essent, & distarent. Quod autem aliqua duo distent, & simul sint, ad plenum videtur includere contradictionem: cum ergo hoc sequatur expositione vnius corporis in diuersis locis simul, videtur, quod haec rationem contradictionis implicat, & ita rationem possibilem nullo modo habet. Et dicunt ipsi, dicere quod Deus haec non possit, non est diuinam potentiam derogare, quia hoc non dicitur propter aliquem defectum ex parte diuinam potentiam, sed quia id non habet positionem possibilem villo modo, quod includitur contradictionem.

Ratio opinionis primae.

1. phy. r. c. 17. & primo cor. c. 3. & primo elen chor. c. 4.

Aliorum opinio est, quod Deus potest facere vnum corpus in diuersis locis simul localiter, quae opinio videtur tutior, tum quia ab errore magis remota, tum quia auctoritati consona, tum quia per veritatem sacramenti altaris ostendi poterit esse vera. Dicitur ergo, quod est ab errore magis remota, qui enim dicit per diuinam potentiam vnum corpus posse esse simul in diuersis locis localiter, magis est remotus ab errore illorum infidelium, qui opinantur corpus Christi non posse simul esse in diuersis altaribus sub diuersis speciebus sacramentalibus, quam illi, qui dicunt vnum corpus simul non posse esse per diuinam potentiam in diuersis locis localiter: quando autem sunt duae opiniones, quarum vna est magis remota ab vno pernicioso errore, quam alia: magis declinandum est per illam, quae magis remota est ab errore, si potest ratio talis sustentari, vel sustineri. Est etiam auctoritati Rich. Med. Quolib. A 2 con-

2. Opinio. Idem Scot. in 10. dist. 4. q. 2. & in 49. dist. 9. 16.

confona. Dicit enim Hugo lib. 1. de sacramen- tis parte octava, sic non est mirum si mirabilia mirabilia operatur, quomodo inquit miraris si corpus vnum eodem tempore in diuersis locis simul est, noli mirari qui locum fecit, & locum in corpore, & corpus in loco, qui fecit, vt corpus vnum in loco, vno esset, fecit sicut voluit, & aliter si voluisset face- re potuisset, nam & quando vult aliter facit, & est sicut ipse vult semper: quia autem sic ipse fecit, vt corpus vnum in loco vno esset, tu quod factum est vidisti, & nescis aliquid, nisi quod factum est, quod iccirco miraris, quando aliud vides, vel audis, quod videre, & audire consueuisti, ipse autem non miratur, quando aliquid facit, quam quod facere consueuit: quia quando id fecit sciuit, & tunc, quod aliter facere potuisset si voluisset. Idcirco tu mirari ceperis, & dicit forte tibi cogitatio tua, quomodo hoc esse possit, cogita facientem, & desinet esse mirabile quicquid illud fuerit. Et si forte esse mirabile non desierit, tamen incredibile non erit si fortior, vel fortior omnipotens cogitatur; non erit impossibile quicquid erit.

Tertio dico, quod per virtutem sacramenti altaris potest illa opinio ostendi probabiliter esse vera. Certum enim & verissimum est, quod ipsum corpus Domini nostri Iesu Christi, est in diuersis altaribus simul sub diuersis speciebus sacramentalibus, quibus Christus in diuersis locis simul non sit, nisi mediantibus illis speciebus, & quibus dimensiones corporis Christi sint sub illis speciebus mediante substantia illius, cum substantia corporis Christi est sub illis speciebus, non per aliquid aliud a se formaliter loquendo, ex hoc ergo saltem habeo, quod substantia corporea eadem in numero per se potest esse in rebus separatis secundum locum: quia ipse species secundum locum separatae sunt. Sed quia ratione eadem substantia corporea in numero potest esse per diuinam potentiam sub diuersis speciebus, quae sunt in diuersis locis, eadem ratione posset simul esse in diuersis locis per diuinam potentiam per illum modum quo est simul in diuersis speciebus ita, vt non esset in diuersis locis circumscriptione: sed ita, quod substantia corporis esset in illis per se, & dimensiones per substantiam, ergo saltem habeo, quod Deus posset facere substantiam corpoream per se esse in diuersis locis, quibus non circumscriptione. Sed non est aliqua ratio prohibens, quod si Deus potest facere corpus meum hic, & alibi simul non circumscriptione quin etiam posset facere, quod sit hic, & alibi circumscriptione simul, sed hoc est esse in diuersis locis localiter.

Sed forte dices huic rationi, quod substantia corporis Christi non est sub diuersis speciebus per se, sed per hoc, quod substantia panis conuertitur in ipsum, & ita ratio procedebat ex suppositione falsi.

Contra hanc responsionem, arguo sic, quod enim dicit substantiam panis per diuinam potentiam

transubstantiari in corpus Christi. Verum, & certissimum est. Sed constat, quod post transubstantiationem, si substantia panis non est, quibus inchoata non sit eo, quod in aliud conuersa est. In corpus Christi, postquam autem non est, non est ratio, vt ibi sit corpus Christi, fuit ergo ratio, vt corpus Christi fieret prius sub illis speciebus: sed postquam non est, & corpus Christi sub illis speciebus manet, tunc ratio formalis ipsius existentiae corporis Christi sub illis speciebus non potest dici esse ratio illa transubstantiatio, quae praesens est, & non est. Sed magis videtur reduci ad ipsam rationem causae efficientis ipsius praesentiae corporis Christi. Sub illis speciebus in parte secundum illam similitudinem qua mutatio ad rationem effectiuam reducitur: ergo ratio formalis suae existentiae sub illis speciebus est aliqua relatio ipsius substantiae immediate ad ipsas species: & quicquid Deus potest facere mediante causa efficiente, potest Deus facere sine illa: ergo si Deus potest facere, vt substantia corporea eadem in numero sit sub diuersis speciebus per hoc, quod aliquid sub illis speciebus conuertitur in ipsam, poterit illud idem facere absque hoc, quod aliquid sub illis speciebus conuertatur in ipsam, & sic improbata est responsio illa, quae data fuit contra rationem principalem, & ita ratio principalis, vt probabilis remaneret.

Item sicut videtur esse imaginabiliter contra legem corporis, & loci, vt vnum corpus sit in diuersis locis simul localiter per diuinam potentiam, ita imaginabiliter videtur esse contra legem corporis, vt plures soliditates simul sint, & videmus, quod omnes philosophi habuerunt hoc omnino pro impossibili. Vnde etiam commentator dicit, 4. physicorum, quod impossibilitas essendi duo corpora simul est existens eorum mathematicis, & tamen videmus, quod per diuinam potentiam duae soliditates possunt esse simul manentes distinctae per distinctionem substantiarum corporearum quarum sunt soliditates, & hoc per diuinam potentiam, cum simul facit esse corpus glorificatum cum non glorificato: ergo videtur similiter tanquam probabile, quod diuina potentia possit facere vnum corpus simul in diuersis locis localiter, & quamuis hoc sit contra imaginationem, non tamen contra rationem.

Auctoritas, quae fuit allegata pro parte ista concedenda est.

Ad illud, quod arguitur in oppositum.

RESPONDEO, & dico, quod hoc non includit contradictionem sicut tu in argumento supponebas, esse enim alibi non includit, non esse hic, quando hoc fit per potentiam infinitam sicut est diuina potentia.

Ad illud, quod arguitur secundo, dico, quod esse in vno loco, tantum per virtutem propriae competit creaturae eo ipso, quod limitata est, ita concedo quod per propriam virtutem non possit esse

Ad primū. Argum.

Ad secundū. dum.

Hac regula quomodo intelligatur vide Sco. in 2. dist. 1. par. 3. 1. q. sol. uendo primum principale.

esse simul, & sicut non potest esse causata, nisi limitata in diuersis locis secundum se totam. Non valet autem hoc argumentum, non potest esse simul in diuersis locis localiter per virtutem propriam: ergo similiter non potest esse in diuersis locis simul per virtutem diuinam.

Ad illud, quod arguebatur, 3. per auctoritatem Anselmi, qui dicit, quod vnum totum non potest simul esse in diuersis locis. Dico, quod verum est per virtutem creatam: sed virtus increata potest facere ipsum corpus simul esse in diuersis locis localiter.

Ad id per quod alij suam opinionem confirmabant, dico, quod quamuis quaecumque vni, & eadem, sunt eadem, inter se sunt eadem, non tamen oportet, quod quaecumque simul sunt cum eodem in numero habente limitatum esse sint simul inter se, quando hoc fit per potentiam infinitam, quia potentia infinita facere posset simultatem corporis, cum pluribus locis non faciendo simultatem locorum inter se, & sic patet responsio ad argumenta.

CONSEQUENTER sequuntur quaestiones speciantes ad personam filij Dei, in quantum habet naturam humanam sibi unitam, & fuerunt quatuor vna pertinet ad suum esse secundum se, quae fuit haec, videlicet. Vtrum in Christo sit tantum vnum esse substantiae. Alia respiciens suum esse sub sacramento, quae fuit haec. Vtrum in eodem instanti temporis possit dici, quod sub illis speciebus sit panis, & corpus Christi.

Tertia respiciens relationem sui ad matrem quae fuit haec, scilicet. Vtrum eadem sit filiatio qua est filius patris, & qua est filius matris, vel alia, & alia.

Quarta pertinet ad Christi meritum, quae fuit haec, scilicet. Vtrum aureola debeatur Christo.

Q V A E S T I O. III.

Vtrum in Christo sit tantum unum esse substantiae.

Arg. 1. Scot. in 3. dist. 6. q. 1.

Secundo.

RESPONDITUR, quod non: quia ibi sunt duae naturae diuersae, scilicet, & humana quarum quaelibet nata est per se subsistere: ergo ibi est duplex esse substantiae.

Ad idem potest argui sic illud, quod sequitur immediate ipsam essentiam tanquam immediate fundatum in ea, non potest amoueri ab ipsa essentia, nisi ipsa essentia destruat: sed existere in se sequitur immediate ipsam substantiam tanquam immediate fundatum in ea: ergo existere in se non potest remoueri a substantia, nisi ipsa substantia destruat: sed natura humana substantia est, filius autem Dei in assumendo naturam humanam non destruxit eam: ergo natura humana ipsius Christi habet existere in se, sed existere

in se est subsistere: ergo natura humana in Christo proprium esse substantiae habet.

Item filius Dei habet proprium esse quo existit in se ipso ab aeterno: ergo in Christo est duplex esse substantiae vnum, quod est proprium ipsi naturae humanae ad quod competit filio Dei per ipsam naturam diuinam.

CONTRA, in Christo non est, nisi vnum suppositum, sed vnius suppositi vna est tantum actualis, & accidentalis substantia: ergo in Christo non est, nisi vnum esse substantiae.

CONCLUSIO.

Cum in Christo sit tantum suppositum vnum, ideo tantum est vnum esse substantiae; in eo enim natura humana tale esse non habet, si quidem in diuino habet actualiter existere.

AD ISTAM quaestionem respondendo, quod in Christo non est vnum esse essentiae tantum.

Item ista non est recipienda simpliciter, quod in Christo sit vnum esse actualis existentiae tantum.

Item illa est simpliciter recipienda tanquam vera, quod in Christo est vnum esse substantiae tantum. Quod autem in Christo non sit vnum esse essentiae tantum declaratur sic, certum est, n. quod in Christo non est vna essentia tantum, immo est ibi essentia humana, & essentia diuina: quia ipse Christus nominat ipsum filium Dei, vt supponitur diuinae naturae, & humanae. Vnde. Damas. lib. 3. c. 3. dicit sic, hoc autem nomen Christus hypostaseos. i. personae dicimus. n. monotropos vniuoco: sed duarum naturarum existens significatum. Vbi autem non est vna essentia tantum, non est vnum esse essentiae tantum: ergo in Christo non est vnum esse essentiae tantum. Imo est ibi esse essentiae naturae humanae; & esse essentiae naturae diuinae, & hoc esse non est illud esse, & ideo aliquo modo dicuntur duo esse, quauis non sit sermo vsquequaque proprius eo, quod quaecumque numerantur proprie sub vno communi vniuoco numeratur: naturae autem diuinae, & humanae nihil est commune vniuocum, sed analogum, & ex consequenti nec esse essentiae ipsius naturae diuinae, nec esse essentiae ipsius naturae humanae est aliquid commune vniuocum, sed analogum, & ideo si proprie non faciunt numerum, eo quod nihil habent commune vniuocum, tamen, quia hoc esse non est illud, & habet aliquid commune analogum, aliquo modo possunt dici duo esse, tamen magis proprie dictum est, quod ibi non est vnum esse essentiae tantum, quam ibi sint duo esse essentiae. Quod autem vbi non est tantum vna essentia actualis, ibi non sit tantum vnum esse essentiae probo sic. Esse. n. essentiae alicuius rei, idem est, quod illam rem esse essentiam, vel importare in se veritatem essentiae, hoc autem est esse absolutissimum, de quo esse dicitur, quod definitio indicat quid est esse, & de negatione huius esse intelligi debet, quod de non ente, non est scientia per se.

Tertio.

In oppositum.

Responsio.

7. Meta. T. c. 42. inde, 2. 20.

1. p. 1. l. 1. 1. 1.  
2. p. 1. l. 1. 1. 1.  
T. c. 5.

hoc autem esse debetur rei, quæ non est Deus in quantum habet exemplar in Deo, quod est ratio cognoscendi, & faciendi: per hoc enim, quod habet in Deo tale exemplar est ipsa factibilis, vel facta, & ex hoc, quod ipsa est factibilis, vel facta habet rationem essentia. Unde esse essentia ipsius creaturæ ita refertur ad Deum sub ratione causæ exemplaris, sicut esse existentia ipsius creaturæ refertur ad Deum, sub ratione causæ efficientis, per hoc enim habet creatura actu existere, quia est Dei effectus. Unde, quod vocamus esse in actu in creatura, hoc vocat Avicenna esse in effectu, esse ergo essentia ipsius creaturæ non debetur ipsi creaturæ, ut est facta tantum, nec ut est factibilis tantum: sed ut est factibilis, vel facta, esse autem existentia tantummodo consequitur eam in quantum est facta, & sic declaratum est, quomodo in Christo sunt duo esse essentia &c.

Secundo dico, quod hæc non est recipienda, quod in Christo est vnum tantum esse actualis existentia: quia certum est, quod natura humana ipsius Christi habet actualiter existere in diuino supposito, quamuis non habeat actualiter existere in se ipsa. Ipsum autem diuinum suppositum habet in se existere per diuinam essentiam. Existere autem in se non est existere in alio: ergo esse actuale ipsius nature humanæ in supposito non est esse actuale ipsius suppositi quo suppositum existit in se ipso: quia tamen esse actu in alio, & esse actu in se ipso non sunt eadem ratio essendi, vel secundum eandem rationem essendi, ideo magis proprie dicitur, quod non est ibi vnum esse actualis existentia tantum, quam quod sunt ibi duo esse actualis existentia, si tamen dicatur, quod ibi sunt duo esse actualis existentia, eo modo, quo existere in se, & existere in alio possunt ponere in numerum, sane & catholice dictum est.

T. 101. 37.

Hoc idem declaratur sic. Secundum philosophum secundo de anima, viuere viuentibus est esse. Modo ego quæro utrum in Christo fuerit aliqua vita actualis creata, & constat, quod sic: quia ipsum corpus viuificabitur per animam. Sic ergo in Christo est viuere creatum ratione humanæ naturæ, & viuere increatum ratione diuinæ naturæ, sequitur, quod in Christo est vnum esse actuale creatum, & vnum esse actuale increatum, cum ibi sit viuere creatum, & viuere increatum.

Item licet idem ostendatur sic. In morte Christi aliquid actuale viuere fuit corruptum: quia inter dies mortis eius, corpus Christi non vivebat actu, vel saltem aliquid viuere fuit a corpore Christi separatum: quia si nullum viuere fuisset a corpore Christi separatum, nec aliquid viuere in Christo fuisset corruptum, corpus Christi non fuisset mortuum, & tamen certum est, quod in illo tri-

duo vere mortuum fuit: certum est autem, quod viuere diuini suppositi nunquam fuit corruptum.

Item viuere diuini suppositi nunquam fuit a corpore Christi, nec ab anima Christi separatum, quamuis anima a corpore fuerit separata, ipsum enim diuinum suppositum est sua vita: cum ergo diuinum suppositum nunquam fuerit a corpore Christi separatum post unionem, sequitur, quod nec viuere diuini suppositi fuerit a corpore Christi separatum, quamuis per illud viuere corpus Christi non esset viuens: sequitur ergo, quod in morte Christi, fuit quoddam actuale viuere creatum corruptibile a corpore Christi separatum: sequitur ergo, quod in Christo ante suam mortem erat actuale viuere creatum, ergo, & post suam resurrectionem: sed actuale viuere est quoddam actuale esse: ergo in Christo est esse actuale creatum ratione humanæ naturæ. Et constat, quod est ibi esse actuale increatum ratione diuinæ essentia: ergo in Christo non est vnum esse actuale tantum, vel actualis existentia.

Tertio dico, quod est ibi tantum vnum esse subsistentia, quia esse subsistentia est existere in se ipso, substantia autem existens in se ipsa habet rationem suppositi: in Christo autem non est, nisi vnum suppositum: ergo in Christo non est, nisi vnum esse subsistentia, illud autem esse est esse diuini suppositi per diuinam essentia: natura autem humana in Christo non habet esse subsistentia, quia quamuis nata sit existere in se ipsa: si dimitteretur a diuino supposito, & tunc habet rationem suppositi, tamè quia est vnita diuino supposito non habet actu existere in se ipsa; sed actu existere in diuino supposito. Unde non habet rationem diuini suppositi. Sic ergo declaratum est, quod in Christo non est tantum vnum esse essentia. Declaratum est etiam, quod ista non est simpliciter recipienda, in Christo est tantum vnum esse actuale existentia. Declaratum est etiam, quod ista est recipienda tanquam vera, in Christo est tantum vnum esse actualis existentia.

ARGUMENTVM illud quod probabat, quod in Christo non est nisi vnum esse subsistentia: quia esse subsistentia accipit proprie. I. pro eo, quod est existere in se, concedendum est. Si tamen volet extendere esse subsistentia ad esse actuale, siue in se, siue in alio argumentum non concluderet: quia sicut existere in se conuenit supposito diuinæ essentia, ita dico, quod existere actu in supposito diuino conuenit naturæ humanæ, itaq; persona filij Dei est etiã suppositum naturæ humanæ.

Argumenta autem ad partem aliam, quia nuntur probare, quod in Christo sunt duo esse actualis existentia, restringendo actualem existentiam ad existere in se, solutione indigent.

A D

Ad argu.  
In oppos.  
tum.

Ad prim.  
Argumen.

AD illud quod primo arguitur. Dico, quod quamuis natura humana ipsius Christi nata sit existere in se, & habere rationem suppositi. Si separaretur a diuino supposito, tamè quia vnita est actu diuino supposito, non existit in se, quamuis actu existat in diuino supposito, nec habet rationem suppositi actu.

Ad secundum.

AD illud quod arguebatur secundo, quod actu existere in se competit substantia per se, immediate fundatur in ea &c. Dico, quod substantiam creatam existere in se, ex duobus dependet, scilicet ex se, & ex diuina generali influenza. Unde substantia creata, vel generata sine illa generali influenza non sufficit existere in se: quia autem generalis influenza Dei, qua creaturæ existunt voluntaria est, potest influere ad hoc, quod existat in se, adesse tamen ad hoc quod existat in diuino supposito. Ecce ergo, quod absque hoc quod aliquid auferatur absolutum substantia naturæ humanæ quæ est in Christo per hoc, quod non adest sibi generalis influenza Dei ad hoc quod existat in se, non habet actualem existentiam in se.

Itè si dimitteretur a diuino supposito absque hoc, quod aliquid absolutum sibi auferretur, dum tamen sibi adesset diuina influenza, ad hoc, quod actu existeret in se, haberet actualem existentiam, & haberet rationem suppositi. Et sic patet aliquo modo quomodo intelligi potest natura humana esse vnita diuino supposito. Nec habet rationem suppositi, cum tamen nihil corrumpatur in ea, quod sit pertinens ad veritatem humanæ naturæ. Et sic patet solutio ad quæstionem, & ad argumenta. Et hæc de prædicta quæstione sine præiudicio dicta sint.

### Q V A E S T I O I I I I .

#### C O N S E Q U E N T E R quæritur.

Vtrum possit dici quod in eodem instanti sit sub speciebus panis in sacramento substantia panis & corpus Christi.

Arg. 1. m.

RESPONDETUR, quod sic: quia aut in eodem instanti, aut in instanti alio, & alio, sed non in instanti alio, & alio ut probatur: ergo in eodem instanti, quod autem non in instanti alio, & alio proboscitur: si enim in alio instanti est ibi substantia panis, & in alio instanti corpus Christi: signetur vltimum instans in quo est ibi substantia panis, & vocetur A. & primum instans in quo est ibi corpus Christi, & vocetur B. tunc arguo: secundum, quod probat philosophus 6. phy. inter quolibet duo instantia est tempus medium: ergo inter A. & B. cadit tempus medium. Et sic erit dare tempus in quo sub illis speciebus non erit

T. 1. 2.

substantia panis nec erit corpus Christi, quod est falsum. Vere ergo potest dici, quod sub speciebus illis in eodem instanti est substantia panis, & corpus Christi.

CONTRA, sequitur est corpus Christi: ergo non est substantia panis, & iterum sequitur est substantia panis: ergo non est corpus Christi, si vere potest dici, quod in eodem instanti sit sub illis speciebus substantia panis, & corpus Christi, vere potest dici quod in eodem instanti sub illis speciebus esset substantia panis, & non esset substantia panis. Et sic possent simul esse duo contradictoria vera, quod omnino est impossibile.

### C O N C L U S I O

Non potest vtiq; dici, quod in eodem instanti sub illis speciebus sit substantia panis, & Christi corpus, alioquin enim omnino contradictio foret admitenda.

AD ISTAM quæstionem voluerunt dicere quidam, quod non potest vere dici, quod sub illis speciebus sit substantia panis, & corpus Christi in eodem instanti mensuræ communis, neque in instanti alio, & alio: sed in alio, & alio instanti mensuræ propria, quidè aliqui voluerunt vocare tempus discretum. Inter autem hæc duo instantia non oportet quod cadat tempus mediū. Sicut enim inter duas signationes in linea continua oportet ponere lineam mediam, cum hoc non oportet, inter duas lineas contiguas. Et si oportet, quod in superficie continua inter lineam & lineam cadat superficies media, non tamen hoc oportet inter duas superficies distingas. Itè & si oportet, quod inter duas superficies imaginatas in soliditate continua cadat soliditas media, non tamen oportet hoc inter duas superficies soliditatum contiguarum, unde inter superficiem concaui, ignis, & superficiem conuexi aeris nulla cadit soliditas media, ita dicunt quod quamuis inter duo instantia temporis continui cadit tempus medium, non tamen oportet, quod cadat inter duo instantia temporis discreti.

CONTRA, hoc arguitur sic in tempore continuo contingit signare instans coexistens instanti temporis, quod vocant discretum, sic tunc arguo, aut vltimo instanti propriè inde sequitur in quo est vltimo substantia panis, aut primo instanti propriè inde sequitur in quo est corpus Christi, sub illis speciebus. Respondet primo, existentiam vnum instans tempus continui, aut duo: si vnum ergo restat, quod in eodem instanti temporis continui sit sub illis speciebus substantia panis, & corpus Christi. Si autem respondent eis duo instantia mensuræ communis, cum inter quolibet duo talia cadat tempus medium, sequitur, quod esset dare tempus in quo nec Rich. Med. Quolib. A 4 esset

In oppos.  
tum.

Responso.  
Prima opi.

Eius impro.  
batio.



effet sub illis speciebus: nec substantia panis, nec Christi corpus.

Secunda opi. Ideo videtur aliter dicendum, qd nullo modo potest verè dici, qd in eodem instanti sit sub illis speciebus substantia panis, & corpus Christi: quia hæc contradictionem includit, sed dico, qd in toto tempore præcedente transubstantiationem fuit sub illis speciebus substantia panis: in ultimo autem illius temporis, hoc est in illo instanti in quo fit transubstantiatio est ibi corpus Christi: & non substantia panis. Vnde in eodem instanti in quo nunc primo non est sub illis speciebus corpus Christi. Ista autem duo non contradicunt, nunc primo sub istis speciebus non esset substantia panis, & nunc primo sub illis speciebus esset corpus Christi, & huic concordat doctrina philosophi 6. physicorum ubi vult, qd instans est signum posterioris passionis.

Ad argum. Ad illud quod primo arguebatur in oppositum respondeo, qd procedit ex suppositione falsi: supponit enim, quod sit dare ultimū instans in quo sub illis speciebus habeat esse substantia panis, hoc enim falsum est. Vnde in illo instanti in quo panis desinit esse sub illis speciebus, ibi non est, & in illo instanti in quo corpus Christi incipit esse sub illis speciebus ibi est, nulla enim res neque manens neq; successiva est in suo termino finali: & ideo desinere, quod est idem, qd rem esse in suo termino finali, ita qd est sua expositio primaria, secundaria expositione exponi per negationem præsentis: & positionem præteriti sub hoc sensu desinit esse: id est, non est, sed ante hoc instans fuit, & hoc convenit sibi siue dicatur de rebus permanentibus siue successivis, sed incipere, qd est idem, qd rem esse in suo termino initiali. Vnde eius expositio primaria ex consequenti expositione exponitur in rebus successivis per negationem præsentis, & positionem futuri sub hoc sensu, dies incipit esse. i. non est, sed post hoc instans erit. In rebus autem permanentibus per positionem, præsentis, & negationem præteriti sub hoc sensu. Angelus incipit esse, id est, Angelus est, sed ante hoc instans nō fuit. Cum ergo in instanti transubstantiationis (illam enim suppono fieri in instanti) substantia panis desinat esse sub illis speciebus, & corpus Christi sub illis speciebus esse incipiat, debemus dicere, qd in illo instanti non est sub illis speciebus substantia panis, sed ante illud instans ibi fuit, & qd sub illis spēbus in illo instāti est corpus Chrī, & ante illud instās ibi nō fuit.

Si autem modo quæras quare res quæ est in suo termino initiali non potest esse in suo termino finali, dico, qd ratio hæc est: quia terminus initiationis est esse: initiatio enim tendit in esse, & ideo omnis res quæ nata est esse in instanti, & fieri est in instanti initiationis suæ existentia, vel in instanti initiationis suæ, terminus autem in quem cum dicit desitio est nō

esse, & nulla res potest habere esse in instanti desitionis suæ: vnde ratio illius solutionis incidenter factæ sumitur ex natura initiationis, & desitionis, & sic patet solutio ad quæstionē, & ad argumentum in oppositum.

Q V A E S T I O V.

C O N S E Q U E N T E R queritur.

Utrum alia sit filiatio qua Christus refertur ad patrem ab illa qua Christus refertur sicut filius ad matrem.

¶ T V I D E T V R, qd sic: quia est ratio qua Deus refertur ad creaturam ab æterno, & alia qua refertur ad creaturam ex tēpore: ergo similiter alia est ratio qua filius Dei refertur ad patrem ab æterno, & alia est illa qua refertur ad matrē ex tempore: sed per filiationem refertur ad patrem, & ad matrem: ergo est alia filiatio qua refertur ad matrem, ab illa qua refertur ad patrem.

C O N T R A, a filiatione dicitur filius: ergo duabus filiationibus duo filij: ergo si in Christo filiatio qua refertur ad matrem, esset alia ab illa qua refertur ad patrem Christus esset duo filij, quod falsum est.

C O N C L U S I O.

Due sunt in Christo filiationes verae, & reales, alia qua refertur ad patrem, & alia qua refertur ad matrem: hæc tamen est ratione humanæ naturæ.

A D I S T A M quæstionem dixerunt quidā quod filiatio Christi ad patrem, & matrem est eadem secundum rem, differens secundum respectus.

Contra realitas relationis, aut consideratur secundum fundamentum, aut secundum ipsum terminum: fundamentum autem est aliud, & aliud: quia alia est natiuitas temporalis, & alia natiuitas æterna: respectus etiam est alius, & alius secundum, quod ipsi dicunt, ergo non est eadem ratio secundum rem per illum modum quem ponunt.

Item ratio secundum, quod ratio est: nō dicit nisi respectum, vnde ipse respectus est illud quod respondet relationi pro quiditate. Si ergo concedunt alium, & alium respectum, concedunt aliam, & aliam relationem.

Alij dicunt, quod filiatio qua Christus refertur ad patrem bene est filiatio secundum rem, sed filiatio qua Christus refertur ad matrem est filiatio secundum rationem, & tamen est verus filius, & Beata Virgo vera mater. Sicut ratio qua Deus in quantum dominus refertur ad creaturam est ratio secundum rationem, & tamen verè est Deus creaturæ: ratio autem qua creatura in quantum serva refertur ad dominum ratio secundum rem.

Ita

Ita dico, qd ratio qua Beata virgo sub ratione qua mater refertur ad Christum: & est ratio secundum rem. Sed ratio qua Christus refertur in quantum filius ad matrem, est ratio non secundum rem, sed ratio secundum rationem, & tamen est verè filius. Ratio autem quare dicunt, qd filiatio qua Christus refertur ad matrem non est ratio secundum rem, sed secundum rationem, est hæc: quia ipsa natura humana non habet rationem filiationis, vnde filiatio illa non habet denominare humanam naturam in Christo, sed personā filij Dei, ratione tamen humanæ naturæ, persona autem filij Dei nullam potest habere relationem realem ad matrem suam quæ creatura est.

Alij videtur dicendum, quod filiatio qua Christus refertur ad patrem, & filiatio qua refertur ad matrē, est alia, & alia ratio, & utraque secundum rem. Quamvis enim in filio Dei nulla possit esse ratio realis ad creaturam ratione diuinæ naturæ, tamen in filio Dei bene potest esse ratio realis ad creaturam ratione humanæ naturæ. Non nulla enim sibi conveniunt ratione humanæ naturæ, quæ non sibi conveniunt ratione diuinæ naturæ, nec oportet propter hoc, quod natura humana ipsius Christi habeat rationem filiationis, nec quod dicatur filiatio, sed qd sit illud ratione cuius competit supposito ista filiatio temporalis. Non enim oportet, qd ratio habeat semper denominare suum fundamentum. Sic ergo dicunt isti, qd in Christo est vera filiatio realis ad matrem ratione tamen humanæ naturæ, & est alia ratio ab illa filiatione reali qua refertur ad patrem. Quod patet, quia si pater æternus assumpsisset humanam naturam de virgine verè fuisset filius virginis, & tamen nulla in eo fuisset filiatio ab æterno. Sic ergo in vno conveniunt istæ duæ opiniones ultimæ in hoc, scilicet, quod alia est filiatio qua refertur ad patrem a filiatione qua refertur ad matrem, sed in hoc differunt, quia vna ponit, quod filiatio qua refertur ad matrem est ratio secundum rationem, & non secundum rem: hæc autem vltima ponit, quod est ratio secundum rem.

Qui vult sustinere hanc opinionem vltimam, quæ videtur tutior, faciliter potest respondere ad argumentum in oppositum: non enim sequitur, quod si in Christo sunt plures filiationes, qd ipse sit plures filij, sicut non sequitur si in patre aliquo sint plures relationes, qd ipse sit plura relata, quia cum dico plures relationes non est numeratio, nisi relationum: sed cū dico plures filij est numeratio suppositorum, & relationum simul. Qui vult sustinere opinionem aliam. Potest respondere ad argumentum in oppositum. Cum enim arguis, qd alia est ratio qua Deus refertur ad creaturā ex patre &c. Dico, qd si est ibi alietas, illa alietas est secundum rationem tantum, quia siue ab æterno, siue ex tempore Deus non refertur ad creaturā:

Testis opi. de communis.

Argum. Scot. in 3. dist. 8. q. vnic.

In oppositum.

Responsa. Prima opi. nonis san. Et Bo. in 3. dist. 8. q. 3. instantia prima.

Secunda.

Secunda opi.

Ad argum.

Ad patrem oppositum.

nisi relatione per rationem: ita ego dico, qd filiatio qua Christus, refertur ad matrem cum ad matrem refertur ex tempore, non est illa filiatio qua refertur ad patrem cum ad patrem referatur ab æterno, sed ista filiatio qua filius Dei refertur ad patrem est filiatio secundum rem, illa autem filiatio qua refertur ad matrē est ratio secundum rationem, & tamen vere filius est. Sicut Deus verè est Deus creaturæ, cū tamen dominium Dei ad creaturam non ponit in Deo aliquam relationem secundum rem, sed tantum secundum rationem.

Q V A E S T I O VI.

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

Utrum aureola debeat Christum.

¶ T V I D E T V R, qd sic: quia in Christo maxime fuerunt illa quibus debetur aureola, fuit enim virgo, martyr, doctor: ergo triplicem habebit aureolam.

C O N T R A, omne primum, quod habiturus erat, ab instanti suæ conceptionis habuit Christus, sed ex tunc non habuit aureolam, quia aureola debetur victori: sed ab instanti suæ conceptionis non triumphaverat quare adhuc nō pugnauerat: ergo nec postea aureolā habuit.

C O N C L U S I O

Aureola secundum se considerata est in Christo, non tamen omnino prout militi non principi a principe datur.

A D veritatem huius quæstionis primo declarandum est, quid est aurea.

Secundo quid est aureola. Tertio ratione quorum operum debeat aureola.

Quarto declarandum per quem modum est in Christo, & per quem modum non.

Dico ergo, qd aurea est substantiale præmiū bonorum, quod consistit in clarissima Dei visione, & perfectissima eius perfruitione, securissima tentione. Hoc autem primum aurea dicitur: tamen quia victoribus datur. Victori autem debetur corona, tamen quia facit creaturam rationalem perfectissime ipsi Deo esse subiectam, cui esse subiectum regnare est: tamē quia ad similitudinem coronæ quæ continetur linea circulari quæ perfecta est. Cui non potest fieri additio nisi accidentalis. Et illud præmiū essentialē est ita perfectum, qd quicquid super additur, accidentale est. Et iterum sicut in corona quæ circularis est principium coniungitur fini, & finis principio, quia puncto a quo incipit linea circularis ad illum punctum terminatur, ita qd idem punctus habet rationem principij, & finis: ita dico, qd per ipsum præmiū essentialē creaturæ rationalis, quæ per creationē a Deo processit sicut a principio, & per gratiam versus ipsum principium reflectitur: ipsi principio coniungitur ad similitudinem lineæ circularis.

In oppositum.

De articulo. latio. quæstionis.

Primum articulus.

Aurea qd

Secundus articulus. Aureola quid.

Con-

Aureola qd

Consequenter declarandum est quid est aureola: dico ergo quod aureola est de operibus gaudium a se factis rationem habentibus victoriarum excellentis, per quod apparebit exterius in corpore quidam decor, qui predictum interius gaudium exterius declarabit. Et sic patet qd aureola est gaudium de bono creato: opera enim que homo facit bona creata sunt. Et qd aureola non est gaudium pro quibuscunque operibus, sed pro opibus privilegiatis privilegio excellentis, victoriarum, & qd principaliter est in anima quamvis aliqua perfectio ex hoc exterius redudet in corpore. Et sic patet, qd aureola est accidentale premium quamvis non quodcunque accidentale premium aureola dici possit. Et dicitur aureola respectu auree ad significandum, qd aurea est aliquid excellentius, quam aureola, & ideo significatur vocabulo, quod representat diminutivum ipsius auree. Hec autem aureola figurata fuit Exo. 25. ubi dicitur sic. Faciesque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem. Altera 4. digitis, & super illam alteram coronam aureolam. In quo figuratum fuit, qd ipsa aureola dicit aliquid superadditum auree, quamvis non quodcunque superadditum auree aureola dici possit.

Tertius ar  
viculus.  
Rone qua-  
rum operu  
deq etur au  
reola.

Consequenter videndum est magis in speciali, ratione quorum operum debeat aureola. Dico ergo sicut iam dictum est: qd aureola debetur operibus que facit ipsemet homo aureolam recepturus, operibus, dico habentibus rationem victoriarum excellentis. Et ideo secundum specificationem istarum victoriarum erit specificatio aureolarum.

Triplex ho  
minis imi  
cni.

Debemus enim scire, qd triplicem habemus inimicum, scilicet, carnem, mundum, & diabolum qui diversis modis contra nos bellat: sed quod dicitur in prosa quadam, mundus, caro, demonia diversa movent prelia. Bellat enim caro contra nos, per carnales blanditias, vel delicias, mundus per tyrannicas violentias, diabolus per fallaces fraudulentias. Per virginitatem autem perfecte, & excellenter vincuntur carnales deliciae, vel blandiciae: per martyrium perfecte, & excellenter vincuntur tyrannica violentia, qui enim pro Christo occiditur non vincitur, sed perfecte victor efficitur. Per doctrinam autem veritatis salutifere, hoc est per doctrinam fidei, & morum perfecte, & excellenter vincuntur diabolicae fraudulentia, quia homo non tantum deprahendit diabolicas fraudulentias vivendo fideliter, sed docendo alios facit quantum in se est, vt & alij diabolicas fraudulentias deprahendant. Sic ergo patet qd ratione virginitatis debetur aureola virginibus, & rone martyrij debet aureola, martyri. & rone doctrinae debet ampla doctor.

Aureola  
duplisciter  
considera-  
tur.

Consequenter declarandum est per quem modum est in Christo. Aureola potest considerari, vel secundum id quod est, vel sub ratione qua mi-

liti datur a principe. Si autem consideratur aureola secundum id quod est, videtur dicendum, qd aureola est in Christo, & perfectissime vincit diabolicas fraudulentias per quas diabolus nitentur bellare contra Christum, & contra suos. Vnde dixit saluator Ioannis 12. nunc princeps huius mundi eicietur foras: Fuit etiam perfectissime martyr: morte enim sua perhibuit testimonium veritati, vnde ipse dixit ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati vnde asperrima morte patientissime sustinendo perfectissime vicit, & excellentissime tyrannicas violentias, vnde dixit discipulis Io. 16. confidite: ego vici mundum. Quamvis est carnalis concupiscentia contra ipsum non bellaerit eo, qd caro eius sanctificata fuit imo vt expressius dicatur, & verius sancta, quia peccatum originale nunquam habuit nec fomitem in carne, quia perfecte eius caro fuit obediens ipsi anime, & anime pacifice tenuit dominum supra carnem absque aliqua carnis rebellionem non debet denegari esse in eo aureola virginitatis, pugna. n. ordinatur ad victoriam, victoria ad dominum pacificum: ideo enim homo pugnat contra hostem, vt hoste victo pacifice dominetur. vnde si princeps ita tenet subditos suos, vt nec rebellent, nec rebellare possint, esto qd nunquam rebellauerint, tamen perfectionem victoriarum habet de subditis inquantum habet illud super eos ad quod ordinatur victoria, hoc est dominum pacificum, quis ergo caro Christi nunquam rebellauerit contra spiritum, nec rebellare poterit: tamen quia anima Christi semper dominum pacificum habuit, dico qd aureolam virginitatis habet, quis concupiscentia carnalis contra ipsam nunquam bellaerit: ipsa enim inclinatio qua carnalis concupiscentia nititur trahere animam ad carnales delicias inordinatas bellando ab interiori aureolam virginitatis accepit, imo forte ipsam perfectiorem reddit. Potest tamen dici, qd si Christus non pugnaverit contra carnalem concupiscentiam, quia in ipso nulla fuit: pugnavit tamen contra exercitum carnalis concupiscentia: hoc est contra ea que carnali concupiscentia fauent, & illa vicit, & in illis sicut vincit princeps in exercitu suo, quodammodo carnalis concupiscentia victa fuit. Sic ergo ostensum est quomodo habuit aureolam perfectissime accipiendo aureolam secundum illud quod est, tamen sub ratione qua militi qui non est princeps datur a principe: aliquo modo eam non habuit, quia ipse Christus est princeps, vnde ipsemet inquit Deus ipsum inquit homo aureola coronavit.

Alij autem qui habent aureolam ab eo acceperunt, sicut milites victores a suo principe, sicut videmus, qd Christus habuit dotes, considerando dotes secundum id quod sunt, tamen non habuit dotes sub ratione qua sponse a sponso datae sunt, ipse. n. Christus sponus est: ita dico, qd Christus non debet dici miles neque princeps militum, quamvis summus princeps sit ratione divinae naturae, per hoc patet responsio ad argumenta.

Cum

Ad argu.

Cum enim arguis, qd Christus fuit virgo Martyr, & Doctor &c. Dico, qd illud argumentum concludit, quod Christus habet aureolas secundum illud, quod sunt.

Ad opposi-  
tum.

Cum autem arguis ad oppositum, quod non fuit victor ab instanti conceptionis suae, & tamen totum primum, quod erat habiturus habuit ab instanti suae conceptionis &c. Dico, qd verum est de substantiali premium, quod est aurea, ab instanti enim suae conceptionis non habuit gloriam corporis in re, sed in certa expectatione, & sic patet solutio ad argumenta.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER Descendendum est ad quaestiones, quae fuerunt de creatura. De creatura autem fuerunt quae sunt quaedam quaestiones spectantes ad scientiam speculativam, quaedam spectantes ad practicum, siue ad morum informationem.

Quaestionum autem de creatura spectantes ad speculativam, quaedam fuerunt de creaturis in communi, quaedam de quibusdam creaturis specialibus.

De creaturis in communi fuerunt tres quaestiones, una respiciens suum esse cognitum, quod habetur ab aeterno, quare ab aeterno fuit a Deo cognita, quae quaestio fuit haec. Vtrum creatura ante mundi constitutionem habuit aliquam relationem realem ad Deum. Alia respiciens suum esse reale actualis existentiae, quae fuit haec. Vtrum esse actualis existentiae sit idem re cum essentia cuius est esse. Alia respiciens sui comparisonem ad rem aliam, quae fuit haec. Vtrum relatio idem sit realiter cum suo fundamento. Queritur ergo primo. Vtrum creatura ante mundi constitutionem habuit aliquam relationem realem ad Deum.

De eadem  
Seco. in 1. di.  
36.

QVAESTIO I.

Argu.

VIDETUR, quod sic: vult enim Simplicius super praedicamenta, qd ad hoc, quod aliquid sit res praedicamenti nihil differt vtrum sit actu, vel non: ergo aliquid potuit esse res praedicamenti ab aeterno. Sed veram rem praedicamentalem consequitur realis relatio ad ipsum Deum: ergo ab aeterno fuit ipsius creaturae relatio realis ad Deum.

In opposi-  
tum.

CONTRA, ab aeterno creatura non habuit esse, nisi in intellectu diuino: sed relatio, quae consequitur rem, inquantum habet esse in intellectu non est relatio realis, sed secundum rationem, ergo ipsius creaturae ad Deum non fuit aliqua realis relatio ante mundi constitutionem.

CONCLUSIO.

CREATURA ante mundi constitutionem nullam realem habuere relationem, quam enim secundum esse cognitum habuerunt fuit rationis.

Responsio.  
Licet Hen-  
ricus, &  
Franciscus  
de May. ali-  
ter teneant

AD ISTAM quaestionem respondeo, quod ipsius creaturae ad Deum nulla fuit relatio realis ante mundi constitutionem.

Ad cuius intelligentiam sciendum, quod

est quaedam relatio realis simpliciter, & illa est quae consequitur rem habentem esse realem in actu. Alia relatio, quae est pure secundum rationem, sicut est illa, quae consequitur rem secundum suum esse cognitum, quod esse non potest habere actu in re extra: est alia relatio, quae non est pure secundum rationem, quamvis magis debeat dici secundum rationem, quam secundum rem, sicut est illa, quae consequitur rem secundum esse cognitum, quod esse tamen potest habere in re extra.

Non tripli-  
ca relatio-  
nem.

Exemplum autem de relationibus realibus est, duplum dimidium, paternitas filiatio, similitudo aequalitas, & huiusmodi, quae relationes reales dicuntur, inquantum consequitur res habentes esse reale actualis existentiae. Exemplum de secundis relationibus est, sic vniuersalitas, haec enim consequuntur rem secundum esse suum intellectam praeter vnitatem, & multitudinem. Cum enim intelligo naturam afinam praeter vnitatem, & multitudinem, istam naturam, vt sit intellectiva, consequitur, quaedam relatio indifferenter ad Brunellum, & Fa-nellum. Et sic de alijs, quae relatio vocatur nomine vniuersalitatatis, ipsi autem naturae, vt sic intellectae nullum potest deberi esse reale actualis existentiae: impossibile est enim esse creaturam in actuali existentia, sine vnitatem, vel multitudinem, & ideo vniuersalitas est pure relatio secundum rationem.

De tertio genere relationum, sunt relationes singularium creaturarum ad ipsum Deum, ante mundi constitutionem ab aeterno a Deo intellectae, & intellexit eas cum illis conditionibus, cum quibus fecit eas esse actu ex tempore. Et ideo ille relationes non sunt pure secundum rationem, magis tamen debent dici secundum rationem, quam secundum rem, quia quamvis consequenter veram essentiam non consequerentur, tamen eam secundum esse cognitum, vnde potest dici, quod simpliciter erant relationes reales secundum rationem, secundum quid autem erant relationes secundum rem, pro tanto, quia ipsarum creaturarum erant futurae relationes reales ad Deum: quia ante mundi constitutionem creaturae non erant, sed futurae erant, & ideo non erant earum relationes reales ad Deum, sed futurae erant.

Ad argum.

Argumentum pro parte ista videtur concedendum gratia conclusionis.

Ad opposi-  
tum.

Ad argumentum in oppositum respondeo, & dico, rem praedicamentalem non sequitur realis relatio, nisi cum habet esse reale actualis existentiae, creaturae autem non habuerunt esse reale actualis existentiae ab aeterno, sed tantummodo esse intellectum, inquantum fuerunt a Deo cognitae. Et ideo creaturarum ad ipsum Deum ante mundi creationem non fuit aliqua relatio realis secundum actum, sed tantummodo secundum potentiam. Et sic patet solutio ad quaestionem & ad argumentum in oppositum.

CON

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO II.

Utrum esse actualis existentiae sit idem re cum essentia, cuius est esse.

Arg. 1. **VIDETUR**, quod non: quia solius Dei proprium est, quod sit ens per suam essentiam: sed si esse actualis existentiae esset idem re cum essentia creaturae cuius est esse, qualibet creatura esset ens actu per suam essentiam: ergo esse actualis existentiae non est idem re cum essentia creaturae cuius est esse.

In oppositum. **CONTRA**, si esse actualis existentiae non est idem re cum essentia creaturae cuius est esse, tunc cum ipsum esse sit res creata, erit per aliquid aliud a se. Et sic esset procedere in infinitum, quod est inconueniens.

CONCLUSIO.

Nihil dicit re ale, esse actualis existentiae absoluto adueniens hoc est de superadiunctum essentiae cuius est esse.

Responsio. **AD** istam quaestionem videtur mihi ad praefens respondendum secundum quod mihi occurrit, quod esse actualis existentiae non dicit aliquid reale absolute superadditum essentiae cuius est esse: unde, vel est idem re cum essentia cuius est esse, vel cum aliqua parte essentiae cuius est esse, quantum ad illud, quod dicit absolute: quia sic dicit aliquam rationalem ad factorem, hoc ego non dico esse idem cum essentia cuius est esse secundum respectum fundatum in essentia illa. Nec tamen ista praedictio est recipienda, essentia creaturae est suum esse.

De articulo quaestio.

Ad quorum intelligentiam sic procedendum est.

Primo declarandum est, quod esse actualis existentiae quo creatura est in primo actu, non est accidens essentiae ipsius creaturae.

Consequenter declarandum est, quod non est aliquid originatum, vel causatum ab essentia ipsius creaturae.

Tertio declarandum est, quod non est aliquid superadditum essentiae ipsius creaturae.

Et quarto declarandum est, quod ista praedictio non est recipienda, essentia creaturae est suum esse.

Primus articulus. **Primum** declaro sic si esse ipsius actualis existentiae est accidens ipsi essentiae create, tunc essentia substantiae create est per participationem ipsius accidentis, ipsum autem accidens esset ipsa actualitas essendi, & ita esset actualitas per essentiam: substantia autem esset actu per participationem illius, sed verius, & principalius continet actualitas illi cui conuenit per essentiam, quam illi cui conuenit participationem: ergo verius, & principalius conueniret actualitas alicui accidenti naturali, quam illi substantiae cuius esset accidens, quod est contra veritatem, & contra omnes phi-

losophos notabiles, qui omnes consentiunt, quod subiectum plus habet de actualitate, quam accidens eius: ergo falsum est dicere, quod esse actualis existentiae ipsius substantiae create, sit accidens ei.

Item secundum philosophum forma substantialis dat esse simpliciter: sed forma accidentalis non dat esse simpliciter, sed esse tale. quod dicitur per formam accidentalem non habet substantiam esse, sed clarificationem essendi: ergo esse actualis existentiae, quo substantia simpliciter existit forma accidentalis dici non debet. Huic consentit philosophus. 4. meta. ubi dicit. Amplius autem cuiuscumque substantia unum est non secundum accidens, sed simile: & quod quid ens, & parum ante dicit, quod est idem unus homo, & ens homo, & homo, & non diuersum aliquid oportet secundum dictionem repetitam, homo & ens, homo, & unus homo, haec de primo articulo dicta sunt.

Consequenter ostendo, quod esse non est aliquid originatum, vel causatum ab essentia substantiae cuius est esse: causatio. n. vel originatione essendi est realis operatio, & nobilis: realis autem operatio praesupponit ordine naturae reale esse, actuale in substantia, quae operari, prius. n. ordine naturae est esse, quam operari: ergo si esse actualis existentiae originaretur, vel causaretur ab essentia substantiae cuius est esse, tunc essentia substantiae prius ordine naturae haberet esse actualis existentiae, quam ab ea originaretur, & sic esse actualis existentiae ordine naturae praecederet suam productionem, quod impossibile est. Impossibile est. n. quod aliquid creatum prius sit ordine naturae, quam producat: ergo esse actualis existentiae non est aliquid originatum, vel causatum ab essentia substantiae cuius est esse.

Hoc idem probatur per auctoritatem Algazel lib. 1. meta. suae. c. 2. ubi dicit sic. Quomodo unquam sit causa. i. vel inter substantiam, vel extra, necesse est prius esse ad hoc, quod sit causa alterius, unde impossibile est ut essentia sit causa existendi, & aliquibus interpositis sequitur. Necesse est. n. causam esse ad hoc, ut faciat esse aliud, essentia vero non praecedit esse, quomodo igitur erit causa ipsius esse. quod dicitur non potest. Et hoc de 2. articulo dicta sunt.

Tertia declaratio, quod esse actualis existentiae non est aliquid absolutum superadditum essentiae substantiae cuius est esse, quare autem esset accidens, aut substantia composita, aut materia, aut substantialis forma. Sed accidens non est, ut iam probatum est, nec substantia composita alia substantia cuius est esse: quia pari ratione oporteret illam substantiam esse per substantiam aliam. Et sic sine fine, quod absurdum est. Nec est materia, quia esse dicitur maximam rationem actualitatis, quae sit in ente materia autem minima: ergo si esse est aliquid superadditum essentiae substantiae cuius est esse, tunc

8. Met. 1. c. 6. & inde 2. phys. 1. c. 30. 2. de anima. 1. c. 37. T. c. 3.

Secundus articulus.

Tertius articulus.

tunc oporteret, quod esset substantialis forma, aut ergo esset substantialis illi substantiae cuius est esse, aut alicui alij non substantiae cuius est esse, quia ultra formam completiuam qua complectitur essentia substantiae nulla forma substantialis sibi ultra illam esse potest: ergo oportet, quod esset forma substantialis alicuius rei cuius non esset. Sed hoc totum est absurdum: ergo esse actualis existentiae non est aliquid superadditum essentiae substantiae cuius est esse.

Item si aliquid est superadditum essentiae substantiae cuius est esse, quicquid sit illud constat, quod creatura est: tunc quaero utrum habeat esse formaliter per aliud a se, aut per se ipsum. Si habet esse formaliter per aliud a se, tunc & aliud, & illud similiter habebit esse etiam formaliter per aliud a se, & sic deinceps, & esset processus in infinitum, quod est inconueniens. Si autem habeat esse per se ipsum formaliter, cum sit creatura tunc est dare creaturam, quae realiter idem est cum suo esse: ergo pari ratione hoc possumus concedere de substantia creaturae.

Ad hoc autem est auctoritas commentatoris super. 4. meta. super text. 3. ubi reprehendit Auicem. de hoc, quod posuit ens, & unum significare dispositiones additas essentiae rei: unde dicit sic. Auicem autem multum peccauit in hoc, quod extimauit, quod unum, & ens significant dispositiones additas essentiae rei, & mirum est de isto homine, quomodo errauit tali errore. Et postea dicit. Nos autem dicimus, quod significant eandem essentiam, sed modis diuersis non dispositiones diuersas additas essentiae, & pluribus interpositis postea. Dicit iterum commentator, quod unum non dicitur de re addita naturae dispositae ex hoc, quod substantia cuiuslibet rei est una essentialiter non per rem, additam illi: quoniam si res esset unum per aliquam rem additam suae naturae, tunc nihil esset unum per se, & per suam substantiam, sed per rem additam suae substantiae, & illa res, quae est una. Si dicitur, quod est una per intentionem addita suae essentiae, quaeritur etiam de illa re, per quam sit una. Si ergo sit una per intentionem additam illi, reuertetur, & procedet in infinitum: & paucis interpositis subditur. Dicamus, quod substantia cuiuslibet vnus, per quam est unum, est suum esse, per quod est ens. Ecce quod commentator aperte vult, quod esse, & unitas non dicitur dispositiones superadditas substantiae cuius sunt.

Unde debes notare, quod essentia, ens, unum, verum, bonum, idem videntur dicere sub intentionibus diuersis: sed essentia nominat, quod nominat modo absolutissimo.

Si forte dicas, quod in processibus istis supponitur, quod non sit medium inter substantiam, & accidens, & forte dices, quod quamuis esse dicat superadditum essentiae substantiae cuius est esse, ita quod non sit substantia, nec pars

Essentia ens, unum, verum, bonum, re idem sunt. Obiectio. Eius improbatio.

substantiae, tamen accidens non est. Contra istam responsionem arguitur sic. Et primo ostendo, quod ratio insufficientis est: quia non tantummodo probatum est, quod esse non sit accidens substantiae cuius est esse: sed etiam probatum est hoc, quod non est aliquid absolutum superadditum essentiae cuius est esse, quicquid sit illud. Unde tua responsio insufficientis est.

Item proba, quod falsum supponis in tua responsione. Supponis. n. quod medium est inter substantiam, & accidens, & hoc falsum est. Si. n. vellemus ostendere quid est accidens in communi, diceremus, quod esset aliquid, quod non est substantia, nec pars substantiae, sed aliquid superadditum substantiae, & ei inhærens, & quod dico inhærens refero ad accidens proprie dictum, haec dico propter relationem. Et ita patet ex descriptione accidentis, quod nullo modo medium est inter substantiam, & accidens. Si accipiatur substantia, in quantum comprehendit substantiam compositam, & partes substantiae. s. materiam, & formam, & si accipiamus accidens in sua amplitudine, haec dico propter hoc, quia si restringeremus accidens, quod ponitur a porphyrio, unum de quinque praedicabilibus, sic proprietates naturalis diceret quid medium inter substantiam, & accidens: quoniam proprietates naturalis dicit aliquid absolutum superadditum essentiae ipsius substantiae. Et haec de 3. articulo dicta sunt.

Quarto declaro, quod non obstante hoc, quod esse substantiae create non dicat aliquid absolutum super essentiam substantiae cuius est esse, quod tamen hoc non sit recipienda essentia substantiae create est suum esse. Quare essentia nominat, quod nominat modo absolutissimo: esse autem substantiale actualis existentiae nominat ipsam essentiam, & quandam relationem cum ea. Sicut. n. esse accidentis nominat essentiam accidentis, & relationem ipsius ad substantiam: unde de esse ipsius accidentis est essentia ipsius accidentis, in quantum inhærens ipsi substantiae. Et loquor de esse accidentis, quod sibi competit naturaliter, eo modo quo possumus dicere accidens esse, quia suum esse vniuersale in alio esse sic etiam esse substantiae nominat essentiam substantiae, in quantum existit in se ipsa, vel in quantum sibi innititur, & non alij, ut supposito, & loquor de esse substantiae, quod sibi competit naturaliter. Dicit ergo esse actualis existentiae ipsam substantiam, ut est sustentata in se ipsa, vel ut est sustentans se ipsam. Quod ergo dicit essentia absolute, dicitur esse actuale ipsius cum quadam relatione ad se ipsam, ut ad suppositum, & ita cum dico essentiae substantiae est suum esse, praedicatur compositum ex essentia, & illa relatione, siue sit rei, siue rationis de ipsa essentia absolute dicta. Et sic quodammodo praedicatur compositum de altera parte: talis ergo praedictio non est recipienda. Ad

Quartus articulus.



Ad hoc potest adduci aliquo modo exemplum. Certum est. n. qd currere nō dicit super cursum aliquid absolutum, sed tantummodo relationem ad currentem: vnde qui dicit cursus absolute dicit currere, in quātum est in currente, & tamen videmus, quod ista prädicatio est falsa, cursus est currere. A simili dico in proposito, qd quare illud, quod nominat essentia absolute nominat esse, cum quadam relatione ad seipsam, vt est suppositum substantias semetipsam, ideo hæc prädicatio non est recipienda, essentia creata est suum esse, quamuis esse nullam rem absolutam addat super essentiam, sed tantummodo relationem ad seipsam, vt est habens rationem suppositi, & respectum ad creatorem, qui debetur essentia creaturæ, in quantum creata est.

Ad oppositum. Argu. quod probat, qd esse nullam rem addit super essentiam creaturæ procedebat de re absoluta, & ideo concedendum est.

Ad argumentum. Ad argumentum in oppositum respondendum est. Cum. n. dicis, qd proprium est solius Dei, qd sit ens per essentiam. Dico, qd verum est si intelligatur esse per essentiam illi cui nihil est necessarium ad sui existētiā, nisi propria essentia. Sic. n. solus Deus est ens per essentia, omni. n. essentia creatæ ad sui existētiā necessarium est aliquid aliud a se, quia omnem essentiam creatam oportet ab alia essentia esse, & ab alia essentia conseruari. Diuina autem essentia non est ab alia essentia, nec ab alia essentia conseruatur. Sed si intelligatur esse per essentiam, sicut quasi per quoddam principiu formale essendi, vel per modum formæ significatum, hæc dico propter hoc in compositis essentia comprehendit materiam, & formam: sic dico, quod ens creatum est per suam essentiam, exemplam habes. Dicimus enim, quod bonitas creata est bona per suam essentiam aliquo modo, & aliquo modo non, formaliter. n. loquendo bona est per suam essentiam: sed secundum quod esse bonum per essentiam importat non habere bonitatem ab alio, & importat bonitatem summe simplicem, sic sola bonitas increata bona est per essentiam, & sic patet solutio ad argumentum. Et sine temeraria assertione dicta sint, quæ in hac quæstione sunt dicta.

Q V A E S T I O IX.

C O N S E Q V E N T E R sequitur.

Vtrum relatio realiter idem sit cum suo fundamento.

Arg. 1. Scot. de veritate in quolibet. q. 13. T V I D E T V R, quod sic: quia si relatio non est idem realiter cum suo fundamento, aut est in aliquo, vt in subiecto, aut non: si est in aliquo vt in subiecto, tunc non posset res aliqua de nouo referri sine sui mutatione, quod falsum videtur. Si. n. sum albus, & aliquis niger efficiatur albus, tunc de nouo ero sibi similis sine mei

mutatione. Si autem dicas, quod non est in aliquo sicut in subiecto, tunc cum relatio sit vnū de nouem accidentibus, sequitur illud inconueniens, quod accidens erit sine subiecto per naturam, quod impossibile videtur.

C O N T R A, decem prædicamenta sunt decem prima genera rerum secundum plurimum philosophorum sententiam; sed secundum philosophum in prædicamentis, relatio est vnum de illis decem generibus distinctum contra alia: ergo relatio, in quantum dicit aliquid distinctum contra alia prædicamenta dicit rem aliquam, sed relatio non dicit quid distinctum contra alia prædicamenta, nisi ratione huius, quod addit supra suum fundamentum, quia aliquando habet qualitatem pro fundamento, aliquando quantitatem, aliquando substantiam: ergo relatio ultra suum fundamentum dicit rem aliquam.

C O N C L V S I O.

Licet relatio comparatio illam ad subiectum nullam rem citra fundamentum addat, tamē considerata prout distinguitur contra relationem rationis, respicitque terminum non est realiter idem cum suo fundamento.

A D I S T A M quæstionem respondeo, qd relatio non est realiter idem cum suo fundamento, & loquimur hic de relatione reali, in quantum distinguitur contra relationem rationis. Et quod relatio non sit idem cum suo fundamento realiter, probatur auctoritate, primo, ratione: secundo, experientia: tertio, & quarto remouendo illud, quod inducit aliquos vel inducere potest ad opinandum, quod relatio realiter sit idem cum suo fundamento.

Ad hoc primo est auctoritas philosophi in prædicamentis, quæ allegata est in opponendo pro parte ista. Secundo hoc probo ratione, certum est. n. quod in diuinis est Trinitas personarum, & vnitas substantia: certum est etiā, quod persona ultra essentiam (vt ita loquar) non dicit, nisi relationem: ergo Trinitas in diuinis attenditur pænes ipsas relationes personarum constitutiuas, tunc arguo sic: si relatio non dicit ultra suum fundamentum, nisi rem rationis, tunc in diuinis non esset realis distinctio personarum, quod falsum est. Si autem ipsa relatio in diuinis dicit rem veram, quæ per comparisonem ad illud in quo est transit, & per comparisonem ad illum ad quem est manet, cum vera relatio maneat in diuinis secundum Boetium in libro de Trinitate. Sequitur etiā, quod relatio in creaturis dicit rem alia a suo fundamento, in quantum respicit terminum, quamuis in comparisonem ad subiectum nullam rem addat ultra suum fundamentum.

Tertio declaro hoc per experientiam: experimur. n. per visum, quod eadem res in numero sub vno ordine aliam passionem realem efficiunt in visu, quæ sub alio ordine. Et similiter idem soni sub vno ordine aliam passionem in auditu

In oppositum. Specialiter per phrysiū c. de specie

Responso.

Eandem habet Scot. in 2. di. 1. q. 5.

auditu efficiunt, quàm sub alio ordine. Sed illud quod nulla res est, non est causa, nec cum causa variationis realis effectus: ergo cum illæ res maneant eadem, & propter solius ordinis imitationem fiat realis variatio in effectu: sequitur, qd ordo dicat rem aliam a rebus ordinatis, sed ordo est relatio quædam: ergo relatio dicit rem aliam a suo fundamento.

Item videmus, qd ex diuersa habitudine partium quæritatis inter se causatur, quædam qualitas, quæ nominatur qualitas in quantitate, hæc est figura, quam ponit philosophus in 4. specie qualitatis, habitudo autem partium quantitatis inter se est quædam relatio partium quantitatis adinuicem. Ergo ex relatione inter partes ipsius quæritatis causatur qualitas in quantitate, sed illud, quod non dicit rem aliquam, non potest esse causa, nec cum causa positua alicuius effectus realis. Si ergo qualitas in quantitate huius est figura, dicit aliquam aliam rem a quantitate, sequitur quod ipsa relatio partium quæritatis inter se sit res alia ab ipsis partibus quantitatis: hæc autem ratio procedit ex suppositione, siue sub conditione istius, quod figura dicat rem absolutam aliam a quantitate.

Quarto remouendum est aliquid, quod inducit, vel inducere potest aliquos ad opinandum, quod relatio sit realiter idem cum suo fundamento. Quare. n. quidam aspiciunt ad vnum extremum relationis per se, & non inueniunt relationem aliquid ponere ultra ea, quæ absoluta sunt in eo. Item respicientes ad aliud extremum per se non inueniunt relationem ponere aliquid ultra ea, quæ absoluta sunt in illo. Ideo videtur eis, quod relatio inter aliqua duo extrema nullam rem ponat ultra rem absolutam, & isti decipiuntur: quia volentes querere naturam, & causam relationis, quærunt naturam, & causam entis absoluti. Si. n. aspicientes aliquid vnum per se, inuenirent ibi relationem aliquid ponere ultra fundamentum. Iam relatio non esset relatio, sed aliquod accidens absolutum. Hæc est. n. natura relationis ex duobus simul dependere: vnde quamuis aspiciens ad vnum per se, non inueniat relationem aliquid ponere ultra fundamentum, tamē si ad duo simul aspiciant, inuenient relationem aliquid ponere ultra fundamentum, scilicet, habitudinem aliquam illorum duorum inter se.

Ad oppositum. A R G V M E N T V M probans, quod relatio non est realiter idem cum suo fundamento in creaturis, gratia conclusionis concedendum est.

Ad illud, quod arguitur in oppositum, dico, quod relatio per comparisonem ad illud cuius est, sicut eius, quod denominat non dicit aliquid reale ultra fundamentum, quod existat in illo quæ denominat, & ideo potest aliquid referri de nouo, sine sui mutatione. Et cum tu arguis ultra, ergo accidens esset sine subiecto.

Dico, quod prima diuisio entis creati, est in ens in potentia, & in ens in actu, prima autem diuisio entis creati in actu, est in ens, quod est natum per se stare, & in ens, quod non est natum per se stare: ens autem, quod est natum per se stare substantia est: substantia. n. vnde substantia, non est dependens, nisi ab ipso Deo, quæuis substantia: vnde corruptibilis est ab aliquibus causis secundis dependens: ens autem quod est natum per se stare naturaliter diuiditur in ens, quod est natum esse pars entis per se stantis, & tale ens est substantialis forma, saltem corporalis: & materia est etiam ens, quod non est natum per se stare, quamuis sit pars entis per se stantis, hoc est esse substantia, & in ens, quod non est natum esse pars entis per se stantis causat ens aliud, quod non est natum esse pars entis per se stantis, nec est ens natum per se stare naturaliter, diuiditur in ens, quod inhæret, & hoc est accidens absolutum, & in ens, quod non est natum inhære, & hæc est relatio, quantum ad id, quod dicit ultra fundamentum, esse. n. relationis, quantum ad illud, quod dicit ultra fundamentum, non est esse in aliquo, sed ad aliquid, qua propter philosophus libro prædicamentorum non dicit, quod relatiua sunt quorū esse est esse in aliquo, sed quorum esse est ad illud se habere, qua propter relatiua nominat ad aliquid. Quare tamen nomine accidentis multi intelligunt tantummodo ens inhærens, ideo ad remouendam omnem controuersiam dici potest, quod si extendamus nomen accidentis ad omne illud, quod non est substantia, nec pars substantia, quod quamuis tale dependeat, ita vt non sit natum existere per se, tamē non oportet, quod omne tale natum sit alicui inhære. Nec mireris si in creaturis dico relationem ultra suum fundamentum nullam rem ponere in eo, quod denominat, hoc enim potest declarari, siue persuaderi per relationem in diuinis. Video enim, quod paternitas nullam rem dicit in patre ultra suum fundamentum, & tamen per relationem ad filium manet. Si enim non maneret per relationem ad filium, tunc nullo modo maneret, quod est contra Boetium dicentem in libro de Trinitate, quod substantia continet vnitatem, relatio multiplicat trinum hoc est dictu, quod distinctio est ibi per relationes, non aliud esset ibi distinctio realis etiam per ipsas relationes, nisi ipsæ relationes aliquo modo ibi realiter manerent, loquendo non de realitate essentiali, sed notionali: nec tamen aliquam compositionem ibi faciunt, quia per comparisonem ad illum de quo dicunt in substantiam transeunt, & manent per comparisonem ad illum respectu cuius sunt: hæc quæ dicta sunt, de ista quæstione, siue præiudicio dicta sint.

Cap. de ad aliquid.

Lib. 1. c. 12.

A R T I C V L V S III.

C O N S E Q V E N T E R descendendum est ad quæstiones de quibusdam creaturis specialibus. Quarum



Quarum quaedam fuerunt de caelo, quaedam de homine: de caelo autem fuerunt duae quaestiones: una de motu eius, quae fuit haec. Vtrum omnes sphaerae caelestes moueantur ad eandem partem.

Alia de influentia quorundam corporum caelestium, quae est lumen, quae fuit haec vtrum lumen sit realiter in aere.

Q V A E S T I O I.

Vtrum omnes sphaerae caelestes moueantur ad eandem partem.

Arg. 1. Scot. in 2. di. 14. q. 2. 2. caeli a 22. 4. vsque ad 35. T. c. 69. 70.

VIDETUR, quod sic: philosophus enim ponit omnes sphaeras concentricas, sed sphaerae concentricae non possunt simul moueri. Ita quod una ad unam partem, alia ad oppositam: ergo omnes sphaerae caelestes mouentur ad eandem partem.

In oppositum.

CONTRA, philosophus secundo caeli, & mundi loquens de orbibus stellarum haesitantium dicit, quod iste motus orbium est contrarius motui orbis primi: non ergo est verum, quod omnes sphaerae caelestes moueantur ad eandem partem.

C O N C L V S I O.

Imo non mouentur, inferiores enim sphaerae motu, quem habent proprium ab occidente in orientem mouentur.

Responsio.

AD ISTMAM quaestionem respondeo, quod primum mobile mouetur ab oriente in occidentem: orbis autem alij motu illo cum mouentur per motum primi mobilis, moueantur etiam ab oriente in occidentem, quia primum mobile secum reuoluit omnes sphaeras inferiores caelestes, sed caelestes sphaerae inferiores praeter illum motum, quem habent per motum mobilis primi, habent suum motum proprium, & isto motu mouentur ab occidente in orientem. Si ergo accipiamus motum primi mobilis, & motum proprium sphaerarum inferiorum, & sic dico, quod non est verum, quod omnes sphaerae caelestes moueantur ad eandem partem. Imo primum mobile mouetur ab oriente in occidentem. Inferiores autem sphaerae caelestes mouentur ab occidente in orientem. Et hoc posset experimentis probari, quod longum esset enarrare. Auctoritas philosophi pro parte ista concedenda est.

Ad argum.

Ad id quod arguitur in oppositum, quod omnes sphaerae concentricae sunt &c. Dico, quod falsum est, sphaera enim solis non habet idem centrum cum caetero terra: unde una pars illius sphaerae propinquior est terrae, quam alia, quapropter quandoque dicitur sol esse in auge, aliquando in oppositione augis. Et si philosophus dicit contrarium potest dici hoc ipsum dixisse non asserendo, sed inuestigando, vel sententiam aliorum referendo, sicut facit de numero intelligentiarum 12. meta. potest etiam dici, quod

T. c. 42.

si omnes sphaerae essent coeentricae adhuc possent moueri ad partes oppositas sicut forte multi vellent ostendere.

Q V A E S T I O II.

C O N S E Q V E N T E R sequitur.

Vtrum lumen realiter sit in aere.

VIDETUR, quod non: quia secundum philosophum. 2. de anima: sensibile positum super sensum nullum sensum facit. Et loquitur de sensibile reali: ergo si lumen esset aliquid realiter in medio, attingens oculum non videretur, sed lumen ostenderet, quantum attingit oculum: ergo lumen in medio non est aliquid reale.

Arg. 1. T. c. 98.

CONTRA, quod habet actionem realem est aliquid reale, sed lumen habet realem actionem in medio: ergo lumen in medio est aliquid reale.

In oppositum. Scot. in 2. dist. 13. q. unica.

C O N C L V S I O.

Cum lumen in medio vere sit aliqua res non autem nihil, ideo est realiter in medio.

AD ISTMAM quaestionem respondeo, quod lumen in medio est aliquid reale, quamuis habeat debiliorem realitatem, quam habeat lux in sua radice: est enim lumen in medio similitudo lucis existentis in radice, & ideo propter debilitatem essentiae suae respectu lucis existentis in sua radice voluerunt quidam vocare ipsum lumen in medio rem intentionalem.

Responsio. Huius materiae videtur exp. siores su. er. 2. de anima. T. c. 72. Lumen est similitudo lucis.

Quod autem habeat veram realitatem, hoc probatur sic. Lumen enim in medio non est nihil: est ergo res, quia res, & aliquid conuertuntur: nec est res, quae sit opus rationis, nisi eo modo quo dicimus creaturas habere diuinam voluntatem, & diuinum intellectum pro principio, sed est res in esse producta per naturam: ergo ut ita loquor, est res realis non res intentionalis, proprie loquendo de intentionalitate. Et quod sit res realis patet per hoc, quod effectum habeat realem, per ipsum enim lumen videntur ea, quae sine lumine non videntur: quia secundum quod dicit philosophus lib. 2. de anima, omne quod videtur in lumine, videtur etiam per ipsum lumen: sunt mirabiles effectus in natura maxime, in quantum cum ipso lumine, (quod ergo voco similitudinem lucis) est similitudo formae substantialis commuis lucidi, ratione cuius lumen eiusdem naturae habet contrarios effectus, vel diuersos secundum quod immittitur a corporibus specie differentibus. Sicut patet in lumine genito a Sole, & genito a Luna: lumen enim in Sole, & Luna eiusdem naturae sunt differentia secundum maiorem, & minorem virtutem: quia Luna illud lumen per quod est sufficiens ad irradiandum suscipit a sole, & tamen radij solares exsiccant, & radij lunares humectant, sicut bene apparet in mirabili fluxu, & refluxu maris Oceani.

T. c. 67.

Argu-

Argumentum, quod probabat, quod lumen est aliquid reale in medio: Et quantum ad illud, quod est similitudo lucis existentis in radice: Et quantum ad similitudinem formae corporis lunaris gratia conclusionis concedendum est.

Ad argum.

AD illud, quod arguebatur in oppositum. Respondeo, quod lumen informans oculum non videtur, sed est aliquid per quod aliud videtur, per similitudinem enim lucis informantem oculum videtur lux in sua radiatione, quamuis illa similitudo non videatur.

Item per similitudinem refulgentiae luminis in superficie corporis opaci informantem oculum, videtur ipsa refulgentia luminis in superficie corporis opaci, & tamen ipsa similitudo informantem oculum non videtur. Similiter lumen cum fuerit aggregatum in transparentibus, sicut videmus in radijs intrantibus per fenestras per sui similitudinem informantem oculum, videtur quauis ipsa similitudo informantem oculum non videatur, lumen autem in transparentibus non aggregatum non videtur maxime in transparentibus, quod est aer, vel ignis in sphaera sua, eo, quod non est illud, quod aggregatum: ergo cum in aere puro, & tenui bene sequestrato, ut possibile est a vaporibus, fuerit lumen non aggregatum: Dico, quod tunc non videtur, quous sit ratio videndi aliquid: sed quis non videatur nihilominus res aliqua est. Sicut similitudo informantem oculum, vel similitudo coloris existens in medio non videatur, haec tamen res aliquae sunt.

Quod aut in aere multum lumen non aggregatum non videatur, quamuis videatur in superficie corporis opaci, expediri potest sic. Si enim de nocte ponas unam candelam in tali dispositione in domo, quod dirigatur lumen suum, ita ut cadat super superficiem alicuius corporis extra hostium, & visus tuus sit in tali dispositione, quod non possis videre lucem in candela. Si dirigas oculos tuos ad superficiem illius corporis opaci, super quod cadit lumen, videbis ipsum lumen. Si autem visus tuus non dirigatur ad superficiem ipsius corporis, sed tantummodo ad ipsum aerem, qui est inter hostium, & illud corpus opacum super quo cadit lumen, tunc non apprehendet ipsum lumen, quous in rei veritate ibi sit: quia non potest attingere illud corpus opacum, nisi mediante aere intermedio.

Huic autem concordari potest verbum Auic. 6. naturalium lib. 3. c. 1. vbi dicit sic. Lumen vbi visibile est, & illud in quo est lumē visibile est translucens, aut non est visibile villo modo: obscuritas autem in subiecto luminis, & vtrunque est in corpore, quod non est translucens. Ecce hic dicit lumen esse visibile, quod est intelligendum, quando est in superficie corporis opaci, vel etiam, quando est aggregatum in translucenti: dicit etiam, quod lumen non est in translucenti, quod est intelligendum, quando est in translucenti non aggregato non est ibi. Supple,

quantum ad apprehensionem visus, eo quod lumen non aggregatum in transparentibus non est natum terminare visum, sicut probari potest per experientiam supradictam. Sic ergo dico ad argumentum, quod illud, quod de lumine informat visus non videtur: sed est ratio videndi aliquid, & sic patet solutio ad argumentum.

A R T I C V L V S III.

C O N S E Q V E N T E R veniendum est ad quaestiones de homine, quarum quaedam fuerunt de forma hominis, quae est anima intellectiua: quaedam autem fuerunt de corpore hominis in comparatione ad ipsam animam: quaedam autem fuerunt de quibusdam actibus ipsius coniuncti. De anima autem intellectiua fuerunt quaestiones duae, una de suo exitu in esse, quae fuit haec. Vtrum anima intellectiua sit a generante. Alia de habitudine ipsius ad corpus humanum informantem, quae fuit haec. Vtrum anima intellectiua sit corporis forma.

Q V A E S T I O I.

Vtrum anima intellectiua sit a generante.

VIDETUR, quod sic: peccatum originale est in anima paruuli sicut in subiecto: sed peccatum originale traducitur a patre in filium: sed qui traducit accidens traducit subiectum: ergo anima paruuli generatur a patre ipsius paruuli, aliter enim videtur, quod ipse paruulus non contraheret originale peccatum.

Argum. 1. D. Bona. in 2. dist. 18. q. vltima. Scot. in 2. dist. 18. q. unica.

CONTRA, forma, quae est a generante non manet naturaliter separata a materia: sed anima intellectiua manet naturaliter post corruptionem: ergo anima intellectiua, non est a generante.

In oppositum.

C O N C L V S I O.

Et si generans ministrat materiam ad animam intellectiuae susceptionem ipsam tamen anima producere non potest a Deo, enim per creationem producit.

AD ISTMAM quaestionem respondeo, quod anima intellectiua non est a generante producta, sed producitur a Deo per creationem.

Responsio.

Et hoc declaro sic: secundum philosophum primo caeli, & mundi, omnes res generate corrumpuntur, & finiuntur: sed secundum philosophum secundo de anima, anima intellectiua est naturaliter incorruptibilis: unde dicit, quod separatur ab alijs sicut perpetuum a corruptibili: ergo anima intellectiua non producitur a generante.

Et dicitur theologiae in 2. dist. 17. T. c. 20. T. c. 22.

Item per nullam formam per naturam educatam de potentia materiae potest res cognosci, nisi Rich. Med. Quolib. B secun-

secundum esse, quod habet in materia potest in re extra: sed omnis res secundum esse, q ha bet in re extra, est singulare, secundum n. philo. 4. meta. idem est vnus homo, & homo, & ens homo, & non diuersum aliquid, q ostendit se- cundum dictionem repetitam homo, & ens ho- mo, & vnus homo: ergo per nullam formā edu ctam de potentia materie: potest res cognosci, nisi secundum esse singulare, sed per intelligen- tiam cognoscitur res sub intentione vniuersa- li, sicut docet experientia, & etiam commenta- tor dicit, q intellectus operatur vniuersalitatē in rebus: ergo anima intellectiua nō est edu- cta per naturam de potentia materie: sed si esset a generante esset aucta per naturam de poten- tia materie: ergo anima intellectiua non est a generante.

Item nulla forma edu- cta de potentia mate- riæ habet aliquam potentiam, per quam possit se reflectere super se, nec super actū suum, sed anima intellectiua potest se reflectere su p se, & super actum suum, potest n. cognoscere se, & suum actū: ergo anima intellectiua non est for- ma aucta per naturam de potentia materie: sed si esset a generante esset edu- cta de potētia materie per naturam: ergo anima intellectiua non est a generante.

Item omnis forma edu- cta de potentia mate- riæ in humano corpore debilitatur in fine eta- tis iuuenilis, secundum q dicit Auic. 6. natu- raliū lib. 5. c. 3. vbi dicit sicut omnium par- tium corporis debilitantur virtutes in fine eta- ris iuuenilis, q fit circa quadragesimum annū: sed sicut dicit Auic. ibidem hæc virtus appre- hendens intelligibilia plerunq; non corrobo- ratur, nisi vltra hanc etatem: vnde si esset de vir- tutibus corporalibus deberet tunc debilitari, ergo restat, q anima intellectiua non est edu- cta per naturam de materia humani corporis, q Auic. vocat virtutem corporalem. Sed si es- set a generante edu- cta per naturam de mate- ria corporis humani: ergo anima intellectiua, non est a generante.

Item nulla forma edu- cta de potentia mate- riæ habet libertatē in appetitu: sed anima in- tellectiua in appetitu habet libertatem. Volun- tas n. libera est: vnde dicit Bern. lib. de libe- arbitrio, q voluntas pro sui libertate nulla cogi- tur necessitate. Et parum post, vult, q cum di- cimus liberum arbitrium libertas refertur ad voluntatem, & arbitrium ad rationē: ergo ani- ma intellectiua non est forma edu- cta per natu- ram de potentia materie.

Item anima intellectiua est sub Deo finis omnis naturæ corporalis, & omnis influētiae: principalia n. ordinantur ad compositum, vt corpora simplicia prima, hoc est elemēta, quæ dicuntur corpora simplicia ordinantur ad mix- tum, mixtum autem ad vegetatiuum, vegeta- tiuum autem ad sensitiuum, sensitiuum autem ad intellectiuum, & intellectiuum immediate

in Deum, finis autem nobilior est his, quæ sunt ad finem: ergo anima intellectiua est nobilior omni corporali natura. Sed effectus nō potest esse nobilior sua causa efficiente, loquēdo de causa efficiente, quæ est tota causa, secundū n. q dicit Auic. 6. meta. suæ. c. 3. causa dignior est causato: ergo anima intellectiua non potest ef- se effectus alicuius corporalis nature. Nec etiā potest esse effectus alicuius spiritalis nature creatæ: quia cum effectus immediate ordinetur in suam causam proximam, tunc ipsa ani- ma non haberet ordinem in Deū, nisi median- te ipsa natura spiritali, vt pote natura alicui- us animæ, vel natura alicuius angeli: sed hoc est falsum, quælibet. n. anima intellectiua facta est ad imaginem Dei immediate: vnde imme- diate ordinabilis est in Deum per clarā vi- sionem, & perfectam dilectionem, etiam per adiutorium gratiæ, & gloriæ. Sic ergo. Concede- dum est, q anima intellectiua non est a ge- nerante per virtutem alicuius virtutis corpo- ralis, quæ sit in generante: nec per aliquam vir- tutem spiritalē, quæ sit in generante: nec in virtute alicuius, nec spiritalis creatæ supra ge- nerantem: vnde simpliciter dicēdum est, q ani- ma intellectiua non est a generante: sed produ- citur a Deo per creationem: generans tamen per suam virtutem ministrat materiam, & di- sponit ad ipsius animæ intellectiue susce- ptionem.

Argumentum pro parte ista gratia condi- tionis concedendum est.

AD ARGUMENTVM in oppositū respō- deo, & dico, q anima intellectiua bene est su- biectum originalis peccati, causa tñ huius est ex parte corporis corruptibilis, & infecti: vnde nō oportet, q anima intellectiua, sit a gene- rante effectiue, quæ generans disponat mate- riam ad eius susceptionem: peccatū tamē ori- ginale est aliquo modo effectiue a generante, eo modo quo peccatū potest dici habere cau- sam efficientem, in quantum ministrat carnem infectam, quæ habet ipsam animam inficere in instanti infusionis suæ, non corrumpeudo in il- lo instanti in anima aliquid, q ante inesset, sed prohibendo ipsam habere, q in illo instāri ha- beret, nisi carnis corruptio impediret: vnde peccatū originale est priuatio boni debiti nū- q tñ habiti. Vnde magis dicitur peccatū origi- nale a generante, q anima intellectiua, quare materia disposita totum, q est a generante nō se habet ad intellectiua, nisi per modū susci- pientis, sed illud, q est a generante se habet ad peccatū originale per modum causantis, qua- re ipsa carnis infectio causa est in aīa ipsius originalis infectionis. Per quē autem modum hic fiat, nō est hic locus declinādi, maioris. n. & prolixioris inquisitionis indiget hanc autē quæstionem, quæ hic determinata est perfe- ctius determinatam inuenies in meis quæstio- nibus disputatis, & hic ideo facilius ptransui.

ma. r. c. 37. r. a. u. g. 2. phi. 2. de anima.

Ad opposi- tum. Ad argum. Causa origi- nalis pecca- ti.

Theologi. in 2. dist. 30. q 3 1. 4. o- stendunt.

T. c. 3

Super pri- mū de ani- ma.

Patet in di- uisio.

Intellectus nonnunquam roboratur vltra. 40. annos.

Hoc, et Ari- sto. 2. de ani-

Q V A E S T I O II. C O N S E Q V E N T E R sequitur.

Utrum anima intellectiua sit forma corporis.

Argum. 1. Seco. vbi su- pra.

¶ T V I D E T V R, q non: quia incor- poreum nō potest esse corporis for- ma, sed anima est incorporea, est. n. spiritalis forma: ergo non est hu- mani corporis forma.

T. c. 12. In opposi- tum.

¶ C O N T R A, secundum philo. 1. de anima, intelligere est operatio coniuncti: sed hoc nō esset verum, nisi anima esset humani corporis forma: ergo anima intellectiua, est humani cor- poris forma.

C O N C L V S I O.

Cum homo per animam intellectiua reponatur in specie: propterea eam esse humani corporis formā est tenendum.

Responso.

AD I S T A M quæstionem respondeo, q anima intellectiua est humani corporis for- ma, ita q est forma principalissima ipsius ho- minis, hoc est forma hominis completiua, per quam homo reponitur in specie hominis.

Et hoc declaratur sic, certum est. n. q homo experitur se apprehendere, & ratiocinari non tantummodo de intētionibus particularibus: sed etiam de intentionibus vniuersalibus, hæc autem actionem habet homo per aliquid sui, non per materiam: ratiocinari. n. non est actus materie, nec per aliquam formam incomple- tam, quia ratiocinari est vltimus actus, quem possit habere homo naturaliter sub ratione, qua non est cognoscere: est ergo per vltimam formam, non autem per formam accidentalē: quia & si forma accidentalis possit esse instru- mentum adhuc actum coadiuuans, non tamen potest esse principalis radix illius: quia nobil- lissimus actus per naturam in homine est ratiocinari sub ratione qua homo natus est cog- noscere, in forma autem accidentalis minus est nobilis, q forma substantialis: oportet ergo dicere, q principalis radix actus ratiocinā- di in homine sit forma substantialis completi- ua ipsius hominis: sed illa est forma, per quam homo reponitur in specie: ratiocinari ergo cō- petit homini per illam formam, per quam ho- mo reponitur in specie: sed ratiocinari est ac- tus ipsius animæ: quare sicut dicit philo. in 2. de anima: anima est quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primum: ergo for- ma, per quē homo reponitur in specie, est ani- ma rationalis, animam autem rationalem vo- camus animam intellectiua: anima ergo in- tellectiua est corporis humani substāialis for- ma, ita quod est forma, per quam homo re- ponitur in hominis specie.

T. c. 34.

Et Boet. lib. 3. de conso. profa. q T. c. 45. T. c. 58. q 1. c. 22.

Item omnes naturaliter appetimus beatitu- dinem: vnde dicit B. Aug. 13. de Trin. c. 6. q ad ad hæc natura compellit cum summē bonus, & immutabiliter beatus creator hoc in didit; sed secundum q dicit philo. 3. de anima, natura ni-

hil facit frustra. Dicit etiā secundo celi, & mū- di, q natura nihil facit vanum, appetitus autē naturalis esset frustra, & vanus si rem appetitā non per se, nec per alium posset consequi: nos autem possumus consequi beatitudinem, sed plena beatitudo haberi non potest sine clara visione Dei: ergo possumus cū adiutorio Dei attingere ad clarā Dei visionem: sed nō pos- sumus Deum videre per aliq potētiā cogniti- uā infra intellectu: ergo habemus in nobis po- tentiā intellectiua: sed nō haberemus in no- bis potētiā intellectiua, nisi aīa intellectiua esset pars nostræ essētiæ: ergo anima intellecti- ua est de essentia ipsius hominis. Constat autē, q nō est hominis materia, neq; incōpleta eius forma. Restat ergo, q sit forma hominis cōple- ta, p quā homo reponitur in specie hominis.

Item homo potest experiri in se ipso habere se potētiā, quia non debilitatur in actu suo propter excellentiā obiecti, potentia. n. per q cognoscimus vniuersalia non debilitatur in actu suo, propter excellentiam obiecti: poten- tia. n. per quam cognoscimus vniuersalia non debilitatur in actu suo pp apprehensionē vni- uersalis multum excellentis, imo post appre- hensionē talis vniuersalis melius apprehendit vniuersale minus excellens: sed omnis poten- tia cognitiua in homine infra intellectuā de- bilitatur propter excellentiam obiecti: quia

Excellens omnis potentia apprehensua in homine, quæ non intellectiua est potentia organica: potentia autem organica propter nimiam obiecti excellentiā debilitatur in actu suo, vel corrumpitur: restat ergo q illa potentia, quæ est in homi- ne, per quam apprehendit vniuersalia sit potē- tia intellectiua: potentia ergo intellectiua est in homine: sed homo non haberet istam poten- tiam, nisi de essentia eius esset illa forma, per quam est ista potentia: hæc autē forma est ani- ma intellectiua: ergo anima intellectiua est de ipsius hominis essentia. Et constat, quod nō est eius materia, neq; forma incompleta: restat er- go, quod anima intellectiua sit ipsius hominis forma, per quam reponitur in specie.

Ad hæc autem sunt auctoritates, dicit enim porphyrius, q sumus rationales, hoc autē non esset, nisi anima rationalis, esset hominis for- ma completiua, cum ratiocinari sit vltimus actus ipsius hominis, in quantum est natus cog- noscere, quæ sibi potest conuenire per natu- ram, maxime in hoc corruptibili corpore Itē dicit philo. 1. de anima, quod intelligere est actus coniuncti ex anima, & corpore.

C. de differe- rentia.

Item dicit philo. 2. de anima, quod si ali- quid commune in omni anima oportet dice- re, vtique erit prius actus corporis physici or- ganici, sed anima intellectiua est anima: vnde dicit philo. 2. de anima, q est alterū genus ani- mæ a vegetatiua, & sensitiua: ergo oportet po- nēre, quod sit primus actus corporis physici organici. Ex his auctoritatibus patet, quod Rich. Med. Quolib. B 2 anima

T. c. 6.

T. c. 22.

anima intellectiva est humani corporis forma, & constat, quod ex quo est humani corporis forma, quod est forma ultima: quia in homine nulla est nobilior ea, sed forma ultima est per quam compositum reponitur in specie: ergo anima intellectiva est forma, per quam compositum reponitur in specie, argumentum pro parte ista concedendum est.

*In oppositum.*  
*Ad argum.*  
AD illud, quod arguitur in oppositum. Respondeo cum, n. dicitis, quod forma incorporea non potest esse corporis forma &c. Soluo per interpretationes, forma. n. incorporea bene est corporis forma, ita, quod sit in qualibet parte corporis tota, sic intellectiva est humani corporis forma.

## ARTICVLVS III.

CONSEQUENTER veniendum est ad quaestiones, quae fuerunt de corpore hominis in compositione ad animam, quae fuerunt duae, una de corpore, quantum ad primam sui animationem, quae fuit haec. Vtrum corpus perfectum hac anima, potuisset alia anima perfici. Alia fuit de corpore, quantum ad iteratam sui animationem, quae erit in resurrectione, quae fuit haec. Vtrum corpus in resurrectione si organizaretur modo opposito, quam sit modo, verbi gratia. Si haberem pedes in pectore, & manus ubi modo sunt pedes, posset ab anima sua iterum perfici.

## QVAESTIO I.

Vtrum corpus perfectum hac anima, potuisset alia anima perfici.

*Argum. 1.*  
*T. c. 16.*  
*T. c. 6.*  
TVIDETVR, quod non: quia secundum philo. 1. de anima, proprius actus est in propria materia, anima autem est actus corporis secundum philo. 2. de anima: ergo unaqueque anima est in proprio corpore: ergo corpus, quod est perfectum hac anima nunquam potuisset perfici alia anima.

*In oppositum.*  
CONTRA, si accipiatur duo corpora humana aequaliter disposita ab eadem anima, posset perfici vnum a qua perfici posset aliud, hoc est dictum secundum quod intelligo, quod illa anima, quae perficit vnum illorum corporum ita potuisse perficere aliud, si fuisset sibi infusa, quare non habebat maiorem convenientiam proportionis cum vno, quam cum alio: ergo cum illa duo corpora sint perfecta duabus animabus, quia oportet, quodlibet corpus suam habere animam potuisset fieri, quod vnum corpus fuisset perfectum per animam alterius corporis, & aliud corpus per animam istius corporis.

## CONCLUSIO.

Corpus in prima animatione ab alia anima solo numero differente potuisset perfici, hoc tamen non est

verum si corporum inaequalitas inaequalitatem animae non requirit.

*Responso.*  
AD ISTAM quaestionem respondeo, & dico, quod corpus, quod est perfectum hac anima, loco huius animae qua perfectum est, potuisset perfici alia anima solo numero differente ab ista, si Deus illam isti corpori infundisset. Et hoc dicens non intelligo, quod simul posset perfici duabus animabus, sed quod loco istius potuisset perfici alia solo numero differentiae ab ista, quare nulla est ratio quare magis potuisset perfici ab una, quam alia, eo quod eodem modo. Si illae duae animae essent in actu, antequam corpus informaretur ab aliqua illarum, corpus se haberet ad quamlibet illarum, tamen postquam corpus animatum est anima una, si illa anima separaretur a corpore, dico, quod non est totaliter indifferens ad informandum corpus, quod primo informavit, & aliud corpus, quod esset ab illo solo numero differentis, quare ex praecedenti unione ad hoc corpus magis determinatur ad hoc corpus, quam ad aliud, etiam si solo numero differat ab isto.

Exemplum manu ductum, & grossum ad intelligendum ista potest poni tale. Si enim ponantur duae puellae eiusdem aetatis, pulchritudinis, bonitatis, earundem diuitiarum, & sic de alijs, ita quod essent solo numero differentes inter se, & per comparisonem ad vnum virum, tunc ille vir, quantum est ex parte sua non magis inclinaretur ad accipiendum vnam, quam aliam, & una aequae conueniens esset sibi sicut alia, tamen postquam una de illis accepisset in matrimonium iam non aequaliter se haberet ad utranque illarum, si ambae mortuae resurgerent, imo propter familiaritatem contractam cum vna, magis declinaret ad illam, quam ad aliam ceteris paribus. A simili dico de anima per comparisonem ad duo corpora solo numero differentia comparando animam viro, & duo corpora solo numero differentia duabus puellis. Et huic sententiae videtur concordare quoddam verbum Auic. 6. naturalium. c. 3. ubi dicit. Substantia animae, quae incipit esse cum alio corpore propter, quod debuit creari, inest ex primis principijs affectio inclinationis naturalis ad occupandum se circa illud, & ad regendum illud, & prouidendum ei, & adharendum ei, per haec omnia fit eius propria, & alienatur ab omnibus alijs corporibus circa illud tantum. Hic vult expresse, quod est appropriatio animarum ad sua corpora ex quadam naturali affectione, & inclinatione, quam habent ad ipsa corpora per hoc, quod deputatae sunt ad regnum illorum corporum quorum sunt formae, ita, quod vna vnius corporis. Hoc tamen, quod Auic. dicit ante auctoritatem istam in eodem libro. quod non poterant creari plures animae extra corpora non approbo. Sic ergo dico ad quaestionem, quod hoc corpus significatum, quantum ad primam sui animationem potuisset

potuisset perfici alia anima, quae sit illa qua perfectum est modo solo numero differente ab ista, sed quantum ad secundam animationem, quae erit in resurrectione, non erit natum perfici alia anima, quae illa qua primo fuit animatum, nec illa anima nata erit perficere aliud corpus, quae illud, quod primo animavit. Si autem esset verum, quod aliqui dicunt, quod in omnibus corporibus humanis est inaequalitas tanta, quod requirunt inaequalitatem animarum, & quod omnes animae inter se habent quandam inaequalitatem ex naturalibus suis, si hoc est verum, tunc dicendum est, quod vnum corpus etiam, quantum ad primam sui animationem non fuit natum perfici alia anima, quam illa qua perfectum est, nec ista anima nata fuit perficere aliud corpus, quam illud, quod ea perfectum est.

*Ad argu.*  
Per hoc potest solui faciliter argumentum secundum, quare primum argumentum secundum hanc viam bene procedit.

*Ad oppositum.*  
AD illud, quod arguitur in oppositum dico, quod argumentum procedit de duobus corporibus solo numero differentibus, hoc est habentibus omnia paria, & de animabus similiter in omnibus equalibus, & tunc verum est, quod in prima animatione quodlibet illorum duorum corporum potuisset perfici ita bene vna illarum animarum sicut alia, & haec de hac quaestione sine praedicio, & temeraria assertionem dicta sint.

## QVAESTIO II.

CONSEQUENTER sequitur.

Vtrum corpus in resurrectione si organizaretur modo opposito, quam sit modo: verbi gratia, si haberet pedes in pectore, & manus ubi modo sunt pedes posset ab anima sua iterum perfici.

*Argum.*  
TVIDETVR, quod sic: quare non obstante, quod resurgeret sub oppositis conditionibus aliquibus, quia quod modo est mortale resurgeret immortale, tamen perficietur anima sua propria qua prius fuerat animatum: ergo a simili idem fieret si resurgeret organizatum modo opposito, quam sit modo.

*In oppositum.*  
CONTRA, organizatio sequitur totam speciem humanam, sed anima non potest esse perfectio, nisi corporis humani: ergo anima non potest esse perfectio corporis organizati organizatione opposita illi, quae totam speciem consequitur humanam.

## CONCLUSIO.

Posset quidem modo illa organizatio ei opposita non esse, quae necessaria est corpori prout ab anima perfectibile est.

*Responso.*  
AD ISTAM quaestionem respondeo, quod de organizatione est loqui dupliciter. Est. n.

quaedam organizatio, quae necessaria est corpori humano, ad hoc, quod ab anima intellectiva perficiatur, hoc est dictum, ad hoc, quod anima intellectiva sit eius forma substantialis, quam organizationem voluit nominare philosophus cum dixit. 2. de anima, quod anima est primus actus corporis physici organici. Et ad hoc, quod corpus in resurrectione, anima iterum perficiatur: oportet, quod in corpore eadem organizatio reducatur: unde si corpus resurgeret sub organizatione, isti organizationi opposita non esset perfectibile ab anima tanquam a forma sua, & secundum hanc viam probat argu secundum. Est etiam alia organizatio, quae non est necessaria corpori ad hoc sit perfectibile ab anima, tanquam a forma sua: sed tantummodo est ad bene esse, sicut corpus habeat pedes praecedenti loco, & brachia in decenti loco situata. Et loquendo de illa organizatione dico, quod si corpus resurgeret sub organizatione isti opposita, quod adhuc esset ab anima perfectibile, quamuis non ita decenter.

*Ad argum.*  
AD illud, quod arguitur primo: dico, quod non est simile de conditione mortalitatis, & immortalitatis, & de organizatione de necessitate consequente totam speciem humanam, & organizatione opposita illi. Mortalitas. n. non est, quid corpori necessarium ad hoc, ut sit perfectibile ab anima. Iterum immortalitas determinate non est necessaria corpori ad hoc, ut sit perfectibile ab anima. Et ideo corpus potest perfici ab anima, siue pro statu mortalitatis, siue pro statu immortalitatis. Sed quaedam est organizatio de necessitate respiciens corpus sub ratione qua perfectibile est ab anima. Et ideo non esset natum ab anima perfici sub organizatione opposita illi.

## ARTICVLVS V.

CONSEQUENTER veniendum est ad quaestiones, quae fuerunt de quibusdam actibus ipsius coniuncti, hoc est hominis, quae fuerunt duae, una respiciens hominem vigilantem, quae fuit haec: vtrum voluntas in homine moueatur ab appetitu sensitivo. Alia respiciens hominem dormientem, quae fuit haec. Vtrum homo per naturam possit habere usum liberi arbitrij in somnis.

## QVAESTIO I.

Vtrum voluntas in homine moueatur ab appetitu sensitivo.

*Argum.*  
TVIDETVR, quod sic: quia dicitur Iacobi. 2. quod vnusquisque temptatur a sua concupiscentia attractus, & illectus: sed concupiscentia spectat ad appetitum sensitivum: ergo voluntas trahitur ab appetitu sensitivo. Sed tractio est quidam motus: ergo voluntas mouetur ab appetitu sensitivo.



In oppositum. CONTRA, appetitus sensitivus non sequitur apprehensionem, nisi particularem. Vnde appetitus sensitivus est causa particularis, vel le autem est effectus uniuersalis, in quantum sequitur cognitionem uniuersalem, & in quantum est respectu uniuersalis. Respicit. n. bonum sub ratione boni: sed causa particularis non potest causare effectum uniuersalem: ergo appetitus sensitivus non potest esse causa actus volendi in voluntate.

CONCLUSIO.

Non potest voluntas hominis ab appetitu sensitivo simpliciter moueri: talis enim appetitus, nec actum volendi elicere, nec voluntatem ad velle necessitare potest.

Responsa. Ad istam quaestionem respondeo, quod sex sunt quorum quodlibet aliquo modo habet mouere ipsam voluntatem, accipiendo motum voluntatis ita large, quod sub ratione motus non tantummodo intelligas ipsum actum volendi: sed etiam inclinationem, vel dispositionem ad ipsum actum. Ipsa autem sex sunt. scilicet Deus, ipsemet voluntas, intellectus, obiectum, appetitus sensitivus, corpus celeste: sed ista non habent se uniformiter ad motum voluntatis.

Deus. n. mouet ipsam voluntatem, sicut causa prima, & principalis, ita, quod actus ipsius voluntatis, in quantum est, quoddam ens creatum, est effectus a Deo, tanquam a causa principali, & primaria, a qua est mediate, & immediate: mediate, in quantum ipsa voluntas, quae ipsum actum elicit a Deo est: immediate, in quantum illum actum, quem facit voluntas, etiam Deus, immediate facit: quia omnem effectum, quem efficit causa secunda, efficit etiam causa prima: sed efficit ipsum per modum altiore, & sublimiorem, sicut scribitur in commento super primam propositionem de causis.

Voluntas autem mouet seipsam, imo ut proprius loquar, homo per voluntatem mouet se actu volendi, eliciendo ipsum actum. Vnde Anselmus in libro quomodo liberum arbitrium praescientiae, & praedestinationi, & gratiae Dei non repugnat dicit de voluntate, quod ipsa se suis affectionibus mouet. Vnde potest dici instrumentum seipsam mouens.

Intellectus etiam mouet voluntatem ostendendo ipsi voluntari ipsum appetibile, vel dicit tantum hoc debere appeti. Vnde intellectus non mouet voluntatem, actum volendi eliciendo, sed ad actum volendi disponendo. Apprehensio enim intellectualis, est dispositio necessaria ad actum volendi: quia appetitus sequitur intellectum.

Obiectum etiam aliquo modo mouet voluntatem, non actum volendi eliciendo, sed voluntatem ad actum volendi inclinando, & tanquam illud sine quo non potest esse actus volendi, quia qui vult, aliquid vult: quia sicut dicit Anselmus in libro de veritate. Omnis voluntas habet quid &c. Vnde philosophus 3. de anima dicit, quod Mo-

Primum apprehensio si me per intellectum necessitatur voluntatem ad fruendum eo vide. Sco. in 2. di. 1. q. 2.

uens autem, & quod mouetur appetitum, mouetur enim quod appetit secundum quod appetit, volens dicere, quod mouetur ab appetibili, quod est intelligendum modo supradicto, ipsum autem appetibile illo modo, quo natum est mouere, appetitum, non est natum mouere ipsum, nisi apprehensum. Vnde obiectum non inclinatur ipsam voluntatem, nisi mediante aliqua apprehensione.

Appetitus etiam sensitivus mouet voluntatem non actum volendi eliciendo, nec voluntatem ad illum actum necessitando: sed voluntatem ad actum volendi inclinando. Et hoc facit dupliciter. Vno modo, in quantum appetitus sensitivus cum est fortis quandoque; obnubilat intellectum, ita ut intellectus hominis existens in illa passione, videatur aliud, quam videbat dum homo esset extra passionem, & sic habet inclinare voluntatem ad aliquem actum volendi mediante actu ipsius intellectus. Alio modo non mediante actu ipsius intellectus, quia si esset aliquis fortis appetitus in homine, & ponatur, quod ex hoc in nullo immutaretur iudicium intellectus, adhuc posset esse, quaedam dispositio, vel inclinatio ad hoc, quod voluntas in volendo sequeretur motus ipsius sensitivi appetitus propter naturalem colligantiam sensualitatis, & voluntatis in ipso homine, propter hoc, quod in eadem essentia animae radicatae sunt: & ideo motus appetitus sensitivi est inclinans siue disponens ad determinatum actum ipsius voluntatis. Vnde videmus voluntatem de difficili moueri contra ipsum appetitum sensitivum, & facilius moueri secundum motum ipsius sensitivi appetitus, & hoc dico caeteris paribus.

Dico etiam, quod corpus celeste aliquo etiam modo disponit ad motum ipsius voluntatis a remotis; tamen corpus. n. celeste, quantum ad diuersas influentias habet diuersimode nostrum corpus transmutare, appetitus autem sensitivus, cum sit potentia organica, diuersimode mouetur secundum diuersam dispositionem ipsius corporis, quamuis voluntas per studium rationis, & exercitium possit illum motum temperare, & maxime per gratiam: appetitus autem sensitivus diuersimode modus inclinatur voluntatem ad diuersos actus volendi, & ita corpus celeste mediante transmutatione corporis, & appetitu sensitivo potest nostram voluntatem ad volendum aliquid inclinare. Vnde potest homo experiri se in vno tempore magis pronum ad volendum aliquid, quam in alio tempore, tamen corpus celeste nullam necessitatem inferre potest voluntati: quia quis per motum supradictum possit voluntatem inclinare, non tamen potest eam cogere, vel quocumque modo necessitare, quia illi inclinationi qua inclinatur a corpore celesti, median- te corpore & appetitu sensitivo, semper potest voluntas resistere, quapropter dicit Pthole. in Almagesto. Sapiens homo dominabitur astris: quia tamen sicut dicit sacra scriptura

Appetitus sensitivus voluntatem dupliciter mouet.

Quomodo voluntas communi appetitui sensitivo nata est sibi condelectari, & ut se delectabitur retrahat quod opus sit. Sco. in 2. di. 2.

Quo stelle agant in haec inferiora, vide Sco. in 2. di. 1. q. 2.

ptura. Stultorum infinitus est numerus, volens dicere, quod maior numerus est stultorum, quam sapientum, ideo magna pars hominum in volendo, ut plurimum consequuntur sensitivum appetitum, & ideo magna pars hominum secundum diuersas influentias corporum celestium mouentur ad multa faciendum, quae alias non facerent. Quapropter dicit philosophus lib. de proprietatibus elementorum, quod regna vacua facta sunt, & terra depopulata apud coniunctionem duarum magnarum stellarum. scilicet Iouis, & Saturni. Non dicit, quod necessarium fuerit ita esse. Si. n. hoc dixisset, falsum dixisset: sed hoc dicit propter hoc, quod magna pars hominum in volendo plerumque sequitur sensualitatis motum, quibus possunt resistere, & se mouere ad contrarium. Sic ergo patet, quomodo voluntas potest moueri ab appetitu sensitivo, & quomodo non: quare appetitus sensitivus non potest simpliciter mouere voluntatem, potest tamen ipsam mouere secundum quid, hoc est disponendo, & inclinando ipsam ad talem, & ad talem motum.

Ad argum. PRIMUM ERGO hoc potest solui argumentum ad vtramque partem, quia primum argumentum probat, quod potest ipsam mouere disponendo, & inclinando.

Argumentum autem ad oppositum probat, quod modo potest ipsam mouere simpliciter, hoc est motum eius, qui est velle efficiendo in ea, vel ipsam ad talem, vel talem motum cogendo, vel necessitando.

QVAESTIO II.

CONSEQUENTER sequitur. Vtrum homo per naturam possit habere usum liberi arbitrij in somnis.

Argum. PRIMUM VIDEATUR, quod sic: per illud, quod habetur 3. reg. 3. de Salomone, qui dormiens orauit Dominum, & petiit cor docile, ut posset iudicare populum Domini, & discernere inter bonum, & malum, & rem peritam impetravit. Vnde habetur ibi: Dixit Dominus ad Salomonem. Quia postulasti verbum hoc, & non petisti dies multos, nec diuitias ad animas inimicorum tuorum, sed postulasti sapientiam ad discernendum iudicium. Ecce feci secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapientis, & intelligens in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.

In oppositum. CONTRA. Beride lib. arbi. dicit sic. Infantis, infantibus, uterque dormientibus nihil, quod faciunt bonum, vel malum imputatur, quia nimirum sicut suae non sunt compotes mentis, sic nec retinent usum propriae voluntatis, ac per hoc nec iudicium libertatis.

CONCLUSIO.

Cum anima hominis perferretur dormientis ob ingrossationem, & compressionem in organis virium sensitiviarum interiorum in actum secundum exire non possit, ideo fieri non potest, ut homo per naturam usum liberi arbitrij habeat in somnis.

AD ISTAM quaestionem respondeo, quod homo per naturam non potest habere usum liberi arbitrij in somnis, quando plene, & perfecte est dormiens. Et ad hoc est auctoritas iam praedicta, & adhuc alia possent adduci. Ad hoc etiam est aliquis experientia: quia quandoque homo in somnis consentit rei, cui nullo modo vigilans consentiret. In quo aequaliter experiri potest homo, quod ille consensus, quem habet in somnis, si tamen consensus dici debet, ex libero arbitrio non procedit.

AD hoc etiam potest assignari triplex ratio. Vna ex parte dispositionis corporis. Alia ex parte intentionis virium naturalium in actibus suis. Tertia ex parte inordinatio in motu virium sensitiviarum apprehensuarum de intus. Ex parte dispositionis corporis arguitur sic. Certum est. n. quod corpus mixtum propter suum nimium recessum ab aequalitate proportionis est ineptum ad animationem, sicut lapides, & alia mineralia. Corpus autem plantae propter maiorem sui appropinquationem ad aequalitatem debiliter tamen, & imperfecte natum est animari inferiori gradu animationis, hoc est per animam vegetatiuam. Corpus autem bruti: quia magis adhuc appropinquat ad aequalitatem, & minus, quam planta recedit ab illa perfectione aequalitatis, quae possibilis est in mixtis, per naturam animatur altiori gradu animationis, hoc est per animam sensitivam. Corpus autem humanum, quia maxime accedit ad illam aequalitatem proportionis, quae possibilis est in mixtis per naturam, ideo animatur anima nobilissima, quae est anima intellectiva.

Intellige tamen, quod inter plantas, quaedam sunt remotiores ab ista aequalitate, & quaedam propinquiores. Similiter inter bruta, quaedam sunt propinquiora ista aequalitati, quaedam ab ista aequalitate remotiora. Similiter, quaedam corpora humana perfectius participans ista aequalitatem, quaedam minus perfecte. Et ideo in quibusdam plantis, vegetatiua nobilior est, quam in alijs. Et in quibusdam brutis, sensitiva est nobilior, quam in alijs. In humanis autem corporibus quibusdam, intellectiva est nobilior, quam in alijs, vel corpus nobiliori modo perficiens: non tamen intendo dicere, quod illud sit necessarium, quod corpus humanum in maiori aequalitate compositum, nobiliorem fortitur animam intellectiuam, sicut est necessarium in planta per comparisonem ad vegetatiuam, & in bruto per comparisonem ad sensitiuam: quia intellectiva, non educitur de potentia materiae, sicut supra declaratum est, sed a Deo voluntariae, & ideo quandoque corpori minus aequali nobiliorem animam infundit: ut aliquam nobiliorem corpori muliebri, quam corpori virili, quamuis de lege communi fiat contrarium. Maior ergo aequalitas complexionis loquendo, de aequalitate proportionis requiritur in corpore. Rich. Med. Quolib. B 4 ad

Responsa.

Liberum arbitrium in somnis tripliciter ratio manifestat. Prima ratio.

q. 12. huius quolibeti.

ad hoc, vt sit perfectibile anima intellectiua, quam ad hoc, vt sit perfectibile anima vegetatiua, vel sensitiua. Maius autem est habere animam intellectiuam in actu primo, qui est in formare, & in actu secundo, qui est intelligere, quam habere in actu primo tantum in corpore ergo maxime in organis virium sensitiuarum interiorum requiritur æqualis dispositio ad hoc, qd homo habeat animam in actu primo, & secundo simul, quam ad hoc, qd habeat eam in actu primo tantum. Quapropter potest contingere, qd corrumpatur simpliciter, vel ad tempus aliquis gradus æqualitatis in corpore, maxime in organis virium sensitiuarum interiorum, qui requirebatur ad hoc, qd homo haberet animam in actu secundo, qui est intelligere, & remaneat in corpore ille gradus æqualitatis qui requirebatur ad hoc, qd homo haberet animam in actu primo, & cum hoc accidit, tunc remanet anima intellectiua perfectio corporis per essentiam, ita qd remanet corporis actus primus: nec tamen est in actu secundo qui est intelligere. Tunc autem dico, qd in somnis, cum homo est perfecte dormiens propter vapores, & retractationem caloris, & spirituum ad interiora, & frigiditatem ipsius cerebri, fit quædam ingrossatio, & compressio in organis virium sensitiuarum interiorum, per quã ingrossationem, & compressionem, fit recessus, quamdiu homo dormit ab illo gradu æqualis dispositionis, qui requirebatur ad hoc, qd anima intellectiua esse posset in actu secundo qui est intelligere. Sic ergo ostensum est, qualiter homo non potest naturaliter intelligere cum perfecte dormit: sed sicut habetur tercio de anima, appetitus sequitur intellectum, hoc est dictum, qd motus ipsius voluntatis, qui est velle, non est, nisi post aliquam cognitionem intellectualem ordine naturæ, & ideo homo cum perfecte dormit non potest habere vsum ipsius voluntatis, nec vsum ipsius intellectus, vt ostensum est: ergo homo perfecte dormiens non potest habere per naturam vsum liberi arbitrij, quamdiu dormit. Et sic ostensum est, quod quamuis voluntas, & intellectus non sint potentia organica: quia tamen sunt potentia forma, quæ est perfectio corporis per essentiam, ideo propter ineptitudinem ipsius corporis maxime in organis virium sensitiuarum interiorum impediuntur in actibus suis, vel ad tempus, vt in somnis, vel semper sicut in simpliciter furiosis. Forma enim quæcumq; sit illa non tantummodo impeditur in actione sua propter indispositionem materia, vel obiecti, circa quam, vel respectu cuius agit: sed etiam propter ineptitudinem, vel indispositionem materia, quam perficit.

Item quia potentia ipsius animæ radican- tur in eadem essentia, ideo accidit, sicut docet experientia, qd cum vna multum excessiue in actu suo intenditur, qd aliæ impediuntur in acti-

bus suis. Vnde dicit Auic. 6. naturalium lib. 5. c. 7. sic. Verisime enim scimus, quod harum virtutum altera impedit alteram, & aliquibus interpositis subiungit, sic. Quælibet enim virtus si non haberet aliquid, in quo coniungeretur alij, nõ prohiberet aliam virtutem a sua actione. Ecce ergo, qd fortis intensio vnus virtutis in actione sua aliam virtutem impedit in actione sua. Quanto ergo potentia habet actum altiore, tanto citius impeditur in actu suo propter nimiam intensiõnem alterius virtutis in suo actu, eo qd ad actum nobilioris virtutis requiritur maior conatus, siue intensio ipsius animæ. Inter autem potentias apprehensiuas intelligens est nobilior, & ideo inter potentias apprehensiuas illa est, quæ primo impeditur in actu suo propter excessiuam intensiõnem ipsius vegetatiuæ in actibus suis. Nunc autem ita est, qd in somnis excessiue intenduntur actus ipsius vegetatiuæ ad ipsam partem nutritiuam, ita quod tantum ferrur de conatu ipsius animæ ad illam actionem, quod totaliter retrahitur ab actu intelligendi, cum tamen possint remanere in apprehensione interiori, quæ est perceptiua interioris, quæ est apprehensio inferior, quam apprehensio intelligendi. Sicut, n. vides, qd citius impeditur homo ab actu velociter ambulandi, quam ab actu ambulandi qualicumq; ita citius impeditur homo a nobili apprehensione, quæ est apprehensio intellectuallis, quam ab apprehensione minus nobili, quæ est apprehensio imaginaria, sic ergo propter nimiam occupatiõnem ipsius animæ circa regimen ipsius corporis in somnis impeditur ab actu intelligendi, quamuis non impediatur ab actu imaginandi, quamuis bene ab ordine recto imaginationum, etiã impediatur in somnis. Quod autem vegetatiua, quantum ad potentiam nutritiuam magis viget in somnis, docet experientiam, & auctoritas. Experientia docet hoc, qd experimur digestionem magis conformari in somnis, quam in vigilia. Docet etiam hoc auctoritas. Dicit enim philosophus primo de somno, & vigilia sic, opus suum facit nutritiua particula in dormiendo magis quam in vigilando nutriuntur, & augentur tunc magis supple animalia. Et sic ostensa est secunda ratio, quare vsum liberi arbitrij impeditur in somnis, quia hoc est propter nimiam occupatiõnem ipsius animæ circa regimen corporis, quantum ad actus nutritiuæ, & augmentatiuæ. Item intelligere nostri intellectus dum est corporis corruptibilis forma dependet de lege communi a ministerio virium sensitiuarum. Ratio autem huius est, quia anima intellectiua est per essentia forma materiæ sensibilis, id est, corporis humani, ideo non exit in actum suum, qui est intelligere nisi etiã aliqua potentia sensitiua interior sit in actu suo. Et hoc docet nos experientia. Cum enim sumus in actu intelligendi, semper sumus in actu iutuendi aliquod phan-

me, alie im peduntur.

Nutritiua portia magis viget in somno, qd in vigilia.

Non multum post principium.

Actus inter lectus qd sit in isto deo.

phantasma, vel aliquid in quod dirigit nos ipsum phantasma hæc autem apprehensio est per aliquam sensitiuam interiorem: vnde ergo ratio quare intellectus in actu suo dependet ex actu alicuius sensitiuæ interioris, est quia anima intellectiua est forma materiæ sensibilis. Adhuc etiam est alia ratio ex parte debilitatis intellectus, quam sortitur ex corruptiõne ipsius corporis. Et hoc ex his, quæ huic corruptibilitati annexa sunt: quia sicut scribitur in libro sapientiæ. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & ideo propter sui debilitatem dicitur in hoc corpore corruptibili, oportet ipsum per actum ordinatum alicuius sensitiuæ interioris ad intelligendum quasi sensibilibiter manu duci, sicut puero parum instructo oportet ostendi exempla, & protractiõnes in puluere, vt per ista sensibilia, manu ducatur ad acquirendum intellectualem cognitionem. Vnde Auic. expresse vult. 6. naturalium lib. 5. c. 1. qd intellectus iuuatur per imaginatiõnem, qd est intelligendum per ordinatum actum imaginatiõnis: quia inordinatus imaginatiõnis actus non iuuaret, sed noceret, sicut mala exemplificatio, & inordinata in puluere magis peruerteret intellectum discipuli, quam dirigeret. De ista conclusione habemus tantum vsq; nunc, qd noster intellectus dum est in corpore corruptibili, quantum ad actum suum, qui debetur sibi ex naturalibus, & de lege communi dependet ex ordinato actu ipsius imaginatiõnis, vocando hic imaginatiõnem, altissimam virtutem inter sensitiuas interiores, quæ forte proprio nomine, secundum aliquos vocaretur extimatiua, vel secundum alios cogitatiua. Nunc autem in somnis propter ascensum vaporum fit inordinatus motus in ipsius spiritibus, & subtilibus humoribus existentibus in organis in quibus sunt ista phantasmata sicut in subiecto, & ideo in somnis fit inordinatus motus phantasmatum, & ideo quamuis in somnis imaginatio fortiter apprehendat, non tamen in sua apprehensione mouetur ordine recto, sed magis ordine transposito & non recto: & ideo actus imaginatiõnis non viget in somnis, quantum ad rectitudinem illius ordinis qui requiritur ad hoc, qd actus imaginatiõnis viget ad actum intelligendi. Et hæc est tertia ratio quare intellectus impeditur in somnis cum homo perfecte dormit, & ex consequenti quare non potest vsum habere naturaliter liberi arbitrij. Vtrum autem quælibet istarum rationum per se esset sufficiens causa non affirmo, nec nego, sed dico, aut quod quælibet istarum esset per se sufficiens causa illius impediamenti, aut qd istæ tres sunt simul vna sufficiens causa. Si autem contingat quadoq; qd actus imaginatiõnis in somnis sit ordinatus, vel a causatu, vel ex consuetudine, non tamen tantum durat illa ordinatio, qd posset sufficere ad ita completum actum intelligendi, qui requiritur ad vsum libe-

phlet a ministerio sensuum.

Tertia ratio.

Cap. 9.

Quare autem requiratur iste ordo pro ista in isto videat Str. pha. Burleser in 2. q. prologi. lib. sensitiuarum.

Quædam autem fuerunt de peccato per comparationem ad determinatum tempus.

ri arbitrij, maxime duabus alijs causis impediuntibus, quæ factæ sunt in duabus rationibus primis. Sic ergo concedo, qd homo per naturam non potest habere vsum liberi arbitrij in somnis, & concedenda est auctoritas Bernardi, quæ fuit adducta pro parte ista.

Ad illud, quod arguebatur in contrarium potest solui tripliciter. Vno modo dicendo, qd si Salomon in somnis habuit vsum liberi arbitrij, hoc non fuit per naturam, sed per aliquod supernaturale donum. Alio modo potest dici qd ipse non meruit in somnis, sed illud meritum, qd in vigilia habuerat in somnis fuit ostensum. Vel potest dici secundum alios, qd ipse nõ erat tunc perfecte dormiens, sed quasi medius inter vigilantem, & dormientem, in tali autem statu homo potest habere per naturam, quamuis non ita plene vsum rationis. Sed iste tertius modus soluedi nõ placet mihi, quia homo tepide dormiens, vel medius inter dormientem, & vigilantem, quamuis possit habere aliquantulum interdu rationis vsum, non tamen potest ita complete per naturam habere rationis vsum quod sufficiat ad vsum liberi arbitrij saltem plenum.

Conclusio questionis. Ad argu.

ARTICVLVS V.

CONSEQUENTER veniendum est ad quæstiones spectantes ad scientiam practicam, siue ad morum informationem, quarum vna fuit de peccato per comparationem ad determinatam personam, quæ fuit hæc. Vtrum Petrus peccauit, quando negauit Christum. Quædam fuerunt de peccato per comparationem ad determinatum tempus. Quædam autem fuerunt de peccato non per comparationem ad determinatam personam, neque ad determinatum tempus.

QVÆSTIO I.

Vtrum Petrus peccauit, quando negauit Christum.

VIDETUR, quod non secundum enim, qd dicit B. Aug. 2. de libero arbitrio. Nulla culpa reprehendi potest, vbi videtur necessitas quæ dominatur. Sed necessarium fuit Petrum negare Christum, sicut ostendam: ergo in negando nõ peccauit, probatio minoris. Christus prædixit, quod Petrus negaret ipsum, sed ipse Christus non poterat mentiri: ergo non poterat esse quin ipse Petrus negaret eum.

Arg. 1.

CONTRA, Matth. 26. dicitur, quod Petrus egressus foras fleuit amare, & hoc fuit, quia Christum negauerat. Non fleuisset autem propter hoc amare, nisi vidisset se in hoc peccasse: ergo Petrus in negando Christum peccauit.

In oppositum.

CONCLUSIO.

Imo grauiter peccauit presertim cum Christus nõ negare in ipsius Petri libertate foret.

AD ISTAM quæstionem respondeo, qd Petrus,



Petrus, quando Christum negavit valde graui ter peccauit: quia in hoc magis dilexit vitam suam, quam honorem Dei. Cum ergo fuerit ille actus inordinatus procedens ab homine existente in vfu liberi arbitrij, peccatum fuit non qualescunq; peccatum, sed valde graue.

Ad illud, quod arguitur in oppositum dicēdo, qd necessarium fuit Petrum negare Christum, Dico, qd falsum est: & cum tu dicis, quod Christus mentiri non poterat, dico, quod verum est. Vnde ista duo simul esse non poterant, quod Christus hæc prædixisset intendo hæc asserere, & qd illud non accedisset, & tamē dico, qd etiam postquam hoc Christus dixerat ipsi Petro, qd negaret, adhuc erat in libertate ipsius Petri non negare, quamuis ergo ista cōsequētia esset necessaria. Christus dixit Petro asserendo, qd negaret eum: ergo negatio erat futura, non propter hoc tamē illud consequens, hoc est Petrum negare Christum erat necessarium. Bene n. est aliquando necessaria consequētia, & tamen consequens non est necessarium.

Obiectio. Et si arguis, vltra dicendo sic. Si antecedens est necessarium, & consequētia necessaria, cōsequens est necessarium. Sed postquam Christus dixit, qd Petrus negaret eum, hoc ipsam dixisset fuit necessarium, quare illud dixisse iam fuit præteritum: ergo si consequētia esset necessaria, consequens hoc est Petrum negare Christum, fuit necessarium.

Responsio. Ad hoc respondeo dicendo, quod antecedens aliquando potest esse necessarium, & cōsequētia necessaria, tamen consequens non erat necessarium, verbi gratia. Si Deus præscit te comedurum cras, tu comedes cras, ista consequētia est necessaria. Item si Deus præscit, non potest hoc non præsciuisse, & tamen te comedurum cras est futurum contingens: quia ita est futurum, sicut Deus præsciuit futurum, sicut autem Deus præsciuit futurum, ita præsciuit, quod contingenter esset futurum. Ita dico in proposito sicut Deus prædicat, quod Petrus negaret eum, ita hoc prædicando intellexit, quod contingenter negaret eum. Vnde sicut erat ista consequētia bona, Christus dixit, quod Petrus negabit eum: ergo Petrus negabit eum, ita erat ista consequētia bona, hoc prædicando intellexit, quod Petrus negabit eum contingenter: ergo Petrus negabit eum contingenter: dico ergo, quod Petrus potuit Christum non negare, & postquam Christus dixerat, qd Petrus negaret eum, non tamen potuerunt ista duo simul stare, quod Christus hoc asserendo dixisset, & quod eum non negaturus esset.

Pro hac materia recur re ad 38 et 39. dist. 1. de infallibili tate diuina scientie & contingētia re rum.

ARTICVLVS VI.

CONSEQUENTER Veniendum est ad quæstiones, quæ fuerunt de peccato per comparationem ad determinatum tempus.

Quarum vna fuit de peccato per cōparationem ad diem dominicam, quæ fuit hæc. Vtrū secularis, qui non audit Missam die Dominico peccet mortaliter. Alia fuit de peccato per cōparationem ad tempus quadragesimale, quæ fuit hæc. Vtrum ieiunanti in quadragesima in peccato sit iniungendum, quod iterum ieiunet.

QVÆSTIO I.

Vtrum secularis qui non audit Missam in die dominico peccat mortaliter.

RESPOND. T V I D E T V R, quod sic: dicitur enim de consecra. dist. i. missas. Sic missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotum egredi populus nō præsumat, quod si fecerint ab Episcopo publice confundantur.

CONTRA, cōsuetudo videtur esse in cōtrarium. Multi enim sunt seculares qui quandoq; missam die Dominico non audiunt, non tamen propter hoc mortaliter peccare reputantur; nec propter hoc ab Episcopo confundantur.

CONCLVSIO, Vtrum ieiunanti in quadragesima in peccato mortali iniungendum sit, quod iterum ieiunet.

RESPOND. T V I D E T V R, quod sic: quia homo obligatur ad quadragesimale ieiunium: ergo tenetur verum ieiunium soluere, aliter ab obligatione nō de obligatur, sicut solutio monetæ falsæ debitorē non liberat. Sed ieiunium obseruatum in mortali peccato est ieiunium falsum: ergo ieiunās in mortali peccato non liberatur ab illa obligatione, qua obligabatur ad ieiunium in quadragesimale tempore: videtur ergo, quod remaneat debitor ieiunij tanti tempotis. Sic ergo est iniungendum ei, quod iterum per tantum tempus ieiunet.

Arg. i.

In oppositum.

Responsio. Die domini co secularis missam non audit aliquando mortaliter aliquando venialiter peccat nō nisi quā etiā non cōmittit peccatum.

Ad argum.

Argum. i.

Secundo.

In oppositum.

dine, vel contemptu. Tunc autem est seculari peccatum veniale non audire Missam die dominico, cum hoc omiserit non ex aliqua legitima causa: sed ex aliqua infirmitate mentis, sicut ex aliqua passiōe, vel ex aliqua pigritia, si tamen ad hoc consuetus non fuit.

Tunc autem seculari nullum est peccatum, cū hoc ex aliqua causa legitima omiserit. Vnde dicit apparatus super illud verbum. Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine præcipimus, sic hoc dico præceptum esse: vnde contra præceptum faciunt qui diebus dominicis missam non audiunt, nisi aliqua necessitas cogat. Per hoc patet quomodo debet intelligi illud, quod primo arguitur.

Ad illud, quod arguitur secundo de consuetudine, quæ est in contrarium, dico, quod consuetudo, quæ est ad irreuerentiam Dei, quanto plus durauit, tanto est detestabilior, & tanto magis debent conari superiores, vt velocius extirpetur. Dico ergo, quod hoc consuetudo non excusat illos, qui istam consuetudinem consequuntur a mortali peccato.

QVÆSTIO II.

CONSEQUENTER sequitur.

Vtrum ieiunanti in quadragesima in peccato mortali iniungendum sit, quod iterum ieiunet.

RESPOND. T V I D E T V R, quod sic: quia homo obligatur ad quadragesimale ieiunium: ergo tenetur verum ieiunium soluere, aliter ab obligatione nō de obligatur, sicut solutio monetæ falsæ debitorē non liberat. Sed ieiunium obseruatum in mortali peccato est ieiunium falsum: ergo ieiunās in mortali peccato non liberatur ab illa obligatione, qua obligabatur ad ieiunium in quadragesimale tempore: videtur ergo, quod remaneat debitor ieiunij tanti tempotis. Sic ergo est iniungendum ei, quod iterum per tantum tempus ieiunet.

Item si alicui pœnitenti est iniuncta pœnitentia pro peccatis suis a cōfessore, & ipse antequam pœnitentiam expleat, iterum peccatū mortale incurrit, & in peccato mortali existēs illam pœnitentiam facit, hæc pœnitentia non est satisfactoria, imo adhuc debitor est illius pœnitentiæ: vnde sibi iniungendum est iterū, vt eam faciat: a simili dico de illo qui ieiunat in mortali peccato per tempus quadragesimale.

CONTRA, faciens aliquod diuinum præceptum in peccato mortali non est illius præcepti transgressor: ergo similiter ieiunans in tempore quadragesimali in mortali peccato non est illius præcepti transgressor: ergo non obligatur iterum ad tempus ieiunandum, non est ergo sibi iniungendum, quod per tantum tempus iterum ieiunet.

CONCLVSIO.

Ieiunans in peccato mortali, licet præceptum secundum principalem intentionem mandatis non obseruet, quia tamen verum ieiunium soluit, iterum ieiunare de necessitate salutis non tenetur.

AD ISTM quæstionem respondeo, qd ille, qui ieiunat in quadragesima in mortali peccato ad tantum tempus iterum ieiunandū nō obligatur de necessitate salutis, sed ex quadam congruitate. Ad hoc n. est institutum ieiunium, vt per ipsum ieiunium vicia comprimantur, & mens ad contemplationem eleuetur, & homo in præsentī virtutem recipiat, & in fineternum præmium consequatur. Et hæc notata sunt in præfatione in qua dicitur. Qui corporali ieiunio vicia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia. Ieiunans autē in charitate ad ista plene attingit, quia per suum ieiunium plene vicia comprimit, hoc est peccata mortalia, & mentem suam ad Deum eleuat, & gratiam recipit, & per hoc opus meretur augmentū specialis præmij in vita æterna. Et ideo ieiunans in charitate obseruat præceptum secundum illud, quod est, & secundum principalem intentionem mandatis. Qui autē ieiunat in peccato mortali, quamuis nō obseruet ipsum ieiunium, secundum principalem intentionem mandatis, tamen obseruat præceptum secundum illud, quod est, & in hoc vitat pœnam, vel augmentum pœnæ, quod debetur transgressoribus illius præcepti.

Responsio.

Ieiunij ad quid infirmitas est.

Etiā existēs in mortali peccato obseruat illud ieiunium, vel obseruare potest consequēdo aliquid, quod disponit ad principalem intentionem mandatis: quia ipsum ieiunium quadragesimale obseruatum in peccato mortali in hoc, quod per illud ieiunium caro affligitur, disponit se aequaliter ad hoc, vt vicia minus insurgant, disponit etiam se aequaliter ad hoc, vt mens eius eleuetur. Et ita aliquo modo a remotis disponit se ad pœnitentiam veram, per quam homo virtutem a Deo recipit, & præmium substantiale meretur: quia ergo obseruas ieiunium quadragesimale in peccato mortali, obseruat præceptum diuinum, & secundum illud quod est, etiam aliquo modo, & secundum illud, quod disponit ad principalem intentionem mandantis, quæ dispositio erat secundario intenta a mandante, sicut potest trahi ab illa oratione, in qua dicitur. Deus qui, & iustis præmia meritorium, & peccatoribus per ieiunium veniam præbes. In primo notatur meritum æterni præmij, quod est principaliter intentum a præcipiente. In secundo notatur dispositio ad pœnitentiam, per quam homo consequitur veniam: quæ dispositio est intenta secundario a præcipiente. Ideo dico, quod ieiunans in quadragesima in peccato mortali non obligatur de necessitate salutis ad tantum tempus iterum ieiunandum, & ideo non est necessarium, vt sibi iterum iniungatur, quia tamen tale

tale præceptum non obseruat secundum principale intentionem ipsius mandantis, ideo congruum esset, vt is tantum tempus iterum ieiunaret, & hoc sibi iniungere esset congruum, si ipse hoc facere vellet, quod si noluerit committendus non est: quia non est de necessitate salutis.

Ad oppositum. Argumentum pro parte ista concedendum est.

Ad primū. AD illud quod arguitur primo in oppositum, dico, quod talis non soluit falsum ieiunium, accipiendo ieiunium secundum illud, quod est: sed verum. Vnde ad ieiunandum iterum non obligatur: tamen, quia non soluit ieiunium secundum principale intentionem mandantis, ideo dico, quod per illud ieiunium nihil de condigno meretur. Vnde pro isto ieiunio nullum substantiale præmium sibi debetur.

Ad secundum. Ad illud, quod arguitur secundo de illo, qui explet pœnitentiam in peccato mortali, dico, quod sacerdos iniungens pœnitenti pœnitentiam, pœnam ad quam obligabatur in Purgatorio commutat in illam pœnam, quam pœnitenti iniungit pro suis peccatis in hac vita soluendam, si pœnam condignam secundum iudicium Dei iniungit pœnitenti, & ita pœnitentia remanet ligatus ad istam pœnam soluendam, quod si eam non soluit, nouum peccatum committit. Si autem illam soluit in charitate existens absoluitur ab illa pœna Purgatoria, quæ per sacerdotem in istam commutata fuit, quia hæc pœna in charitate soluta, plene est satisfactoria. Si autem soluit eam in peccato mortali, tunc non absoluitur a pœna purgatoria, quæ in istam per sacerdotem fuerat commutata: vnde quo ad hoc satisfactoria est a ligamine quo ligauerat eum sacerdos, istam pœnam sibi iniungendo absoluitur: vnde soluendo eam in mortali peccato transgressor illius præcepti non efficitur, nec illam pœnam de necessitate salutis iterum facere tenetur, & ita falsum in argumento supponebatur.

Oppositū tenet Sco. vbi sup. & p. vide eum.

ARTICVLVS VII.

CONSEQUENTER veniendum est ad quæstiones, quæ fuerunt de peccato non per comparisonem ad determinatum tempus, neq; ad determinatam personam, quæ fuerunt duæ. Vna. scilicet. vtrum peccatum in spiritum sanctum sit peccatum ex certa malitia. Secunda vtrum peccatum omissionis consistat in aliquo actu.

QVÆSTIO I.

Vtrum peccatum in spiritum sanctum sit peccatum ex certa malitia.

Arg. I. RESPOND. T V I D E T V R, quod non: quia peccatum in spiritum sanctum est determinatum genus peccati: sed malitia circūit omne genus peccati: ergo non dicitur peccatum in spiritum sanctum, quod sit ex certa malitia: quia tunc omne peccatum

esset peccatum in spiritum sanctum, quod falsum est.

CONTRARIUM videtur sentire magister lib. 2. sententiarum, vbi tractat de peccato in spiritum sanctum, hoc est dist. 43.

CONCLUSIO.

Peccatum in spiritum sanctum prout ex certa electione, circa materiã spirituale procedit, & prout est maxime voluntarium est peccatum ex certa malitia procedens.

AD ISTAM quæstionem respondeo, quod extensue loquendo de peccato in spiritum sanctum, omne peccatum posset dici in spiritum sanctum hoc est contra spiritum sanctum, quare omne peccatum, quod est contra patrem, est contra filium, & contra spiritum sanctum: & omne peccatum, quod est contra vnam personam, est contra omnes, quare trium personarum est vna bonitas, contra quam peccatur. Et sic peccatum in spiritum sanctum quandoque est ex ignorantia, quandoque est ex infirmitate, quandoque ex malitia. Ex hac. n. triplici radice conuenit peccare, & hoc, quod dicit philosophus. 5. Ethic. quod peccatur ex ignorantia, ex passione, & ex electione. Potest etiam vocari peccatum in spiritum sanctum peccatum, quod est in male sentiendo de persona spiritus sancti: verbi gratia. Vt qui crederet, quod spiritus sanctus esset creatura, quod non esset æqualis patri, & filio, & tale peccatum est peccatum infidelitatis, & potest procedere ex ignorantia, & forte quandoque ex impetu alicuius surreptionis, & quandoque ex malitia.

Tertio modo potest dici peccatum in spiritum sanctum ratione motiua, & ratione materiæ, & sic dicitur peccatum in spiritum sanctum spirituale, procedens ex aliquo principio, quod per appropriationem est contra spiritum sanctum, & sic dicitur peccatum in spiritum sanctum spirituale, procedens ex certa industria: dicitur autem hoc peccatum in spiritum sanctum per appropriationem, propter hoc, quod materia eius est spiritualis, & ita per appropriationem respicit spiritum sanctum, & quia motiuum est contra illud, quod est appropriatum spiritui sancto, hoc est contra bonitatem directe. Et sic possumus distinguere peccatum in spiritum sanctum a peccato in Patrem, & a peccato in Filium: ita vt dicamus peccatum in Patrem, est peccatum quod oritur ex impetu passionis innatæ, vel inflatæ, & hoc est peccare ex infirmitate, & dicitur hoc peccatum per appropriationem quandam contra patrem, quia oritur ex principio, quod directe opponitur potentia, quæ appropriatur patri: etiam dicamus peccatum in Filium, hoc est contra Filium peccatum, quod procedit ex ignorantia, hoc est cum ignoratur aliquid eorum, quorum cognitio retraheret a peccato, & dicitur hoc peccatum in Filium, quia oritur ex radice opposita scientiæ, quæ appropriatur filio. Sed dicimus

In oppositum.

Responsio. Peccatum in spiritum sanctum potest dici quadrumplaciter.

Peccare tripliciter conuenit. cap. 12.

Distinctio peccati in Patrem, Filium, & spiritum sanctum.

cimus peccatum in spiritum sanctum, peccatum scilicet, quod procedit ex certa malitia, propter hoc, quod procedit ex radice directe opposita bonitati, quæ appropriatur spiritui sancto, maxime, vel cum sit peccatum circa materiam spirituale. Hoc autem peccatum de difficiliore est remisibile, quam peccatum in patrem, vel in filium: quia peccatum quanto est magis voluntarium, tanto reddit hominem magis indispotum ad veniam consequendam cæteris paribus. Nunc autem ita est, quod ignorantia, & passio diminuit de voluntario secundum quod voluntarium dicitur proprie ab appetitu rationali. Peccatum autem, quod procedit ex certa electione est maxime voluntarium. Et ideo peccatum in spiritum sanctum magis reddit hominem indispotum ad veniam consequendam, quam peccatum in patrem, vel in filium. Remitti tamen potest hoc peccatum, & quandoque remittitur: quia secundum quod dicit B. Aug. in libro retracta. c. 18. De quocumque pessimo in hæc vita constituto, non est vtiq; desperandum. Vnde si loquamur de peccato in spiritum sanctum isto modo non debet dici irremissibile, quia non posset remitti, vel quia nunquam remittatur: sed quia maxime reddit hominem indispotum ad suscipiendam remissionem.

Peccatum in spiritum sanctum quare dicitur irremissibile.

Est etiam irremissibile, quare opponitur directe principio remissionis in veniente, auferunt enim adeo misericordiam, & solum dant ei iustitiam, & hoc, in quantum est cum desperatione hic. Sco. in 43. dist. 2. q. 1.

1. 5. 6.

Quarto modo potest dici peccatum in spiritum sanctum: peccatum procedens ex certa electione circa materiam spirituale, in quo Deus præuidit hominem moriturum, & dicitur hoc peccatum, peccatum in spiritum sanctum, & ratione principij a quo procedit, & ratione materiæ circa quam est, & ratione ipsius finalis impenitentia: concomitantis: quia ex quo Deus præuidit hominem in illo peccato moriturum: de illo peccato finaliter non pœnitebit, & sic loquebatur B. Aug. de peccato in spiritum sanctum, sub nomine peccati ad mortem. 1. lib. retracta. c. 18. vbi dicit sic, alio loco peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Ioan. Apost. Non pro illo dico, vt roget quis, ita diffiniui, vt dicerem peccatum fratris ad mortem puta esse cum post cognitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus illam gratiam, qua reconciliatus est Deo inuidentiæ facibus agitur, quod quidem non confirmari, quoniam hoc putare me dixi. Sed tamen addendum fuit si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam. Item Aug. in Ench. 40. 7. c. dicit sic. Qui in Ecclesia remitti peccatum non credens, contemnit tantam muneris largitatē, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est irremissibili peccato in spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit. Ex his auctoritatibus patet, quod si loquamur de peccato in spiritum sanctum, secundum quod de illo dicit Saluator Matth. 12. quod non remittetur neq; in hoc seculo, neq; in futuro,

quod debet apponi ista conditio. Si Deus præuidit ipsum in illo peccato moriturum. Sic ergo patet, quod si peccatum in spiritum sanctum accipiatur tertio modo, vel quarto modo, quod est peccatum procedens ex malitia, secundum quod malitiam vocamus certam electionem non alleuiatam ex aliqua ignorantia, vel infirmitate.

AD illud, quod arguitur in oppositum: quia malitia circūit omne genus peccati, dico, quod verum est secundum quod malitia nominat quamcumque carentiam boni debiti, sicut enim ignorantia malitia quædam est, & infirmitas, & etiam malitia quædam est: sed secundum quod malitiam nominat circa defectibilitatem voluntatis non cum aliquo diminutione de voluntario, sic non est verum, quod quocumque peccatum procedat ex malitia: sed solum illud, quod dicitur esse peccatum ex certa electione, quod dicamus esse peccatum in spiritum sanctum, cum est circa materiam spirituale, maxime si Deus in illo præuidit hominem moriturum.

Ad argum.

QVÆSTIO II.

CONSEQUENTER sequitur.

Vtrum peccatum omissionis consistat in aliquo actu.

RESPOND. T V I D E T V R, quod sic: quia peccatum ita est voluntarium, quod si non sit voluntarium, non est peccatum: ergo omne peccatum consistit in actu voluntatis.

CONTRA, Iacob. 4. Scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi. Sed non facere bonum, quod homo scit facere non est aliquis actus: ergo non oportet, quod peccatum omissionis consistat in aliquo actu.

CONCLUSIO.

Carentia debiti actus hoc est omissionis peccatum nullum de necessitate in quo consistat præsupponit actum, alioquin enim non distingueretur a commissionis peccato, sed vel diceret aliquem essentialiter actum, vel non esset formaliter peccatum.

AD ISTAM quæstionem respondeo, quod peccatum omissionis consistit in aliquo actu, potest intelligi tripliciter. Vno modo ita, quod peccatum omissionis essentialiter dicat aliquem actum. Alio modo ita, quod dicat aliquem actum materialiter. Tertio modo, ita, quod de necessitate præsupponat aliquem actum tantum sui causam causalitate effectiua. Primo modo non potest dici, quod peccatum omissionis consistat in aliquo actu: quia nullum peccatum essentialiter dicit actum, accipiendo essentialiter pro formaliter. Sicut enim in vna quæstione mea disputata fuit declaratum. Peccatum formaliter loquendo est carentia boni debiti in voluntate, secundum. n. quod dicit B. Aug. in lib. de ciui. Dei. Mali nulla natura est: sed amissio boni, mali nomen accepit. Vnde illud

Argum. 1.

In oppositum.

Responsio. Peccatum omissionis in aliquo actu consistit tripliciter intellige.



illud, quod formaliter peccatum est in peccato commissionis, est, vel carentia obiecti debiti, vel carentia debite circumstantiæ in actu, vel carentia relationis ipsius actus in fine debitum. Illud autem, quod formaliter peccatum est in peccato, omissionis est carentia debiti actus pro illo tempore, vel pro illo loco, quo debebatur haberi. Sic ergo patet, quod peccatum omissionis non consistit in aliquo actu, ita, quod formaliter dicat aliquem actum.

Nec etiam potest dici, quod consistat in aliquo actu materialiter, ita, quod oporteat semper aliquem actum esse subiectum ipsius omissionis. Sic enim peccatum ipsius omissionis non distingueretur a peccato ipsius commissionis: quia ibi semper est aliquis actus pro materia subtracta illi deformitati, quæ formaliter est peccatum. Si ergo in peccato omissionis semper oporteret reperire aliquem actum subtractum ipsi omissioni, quæ formaliter est peccatum, tunc peccatum omissionis esset peccatum commissionis, quod falsum est. Præterea peccatum omissionis est carentia actus debiti. Illud autem non est natum esse subiectum causæ actus debiti, quod non erat natum esse subiectum actus debiti: quia circa idem nata sunt fieri privatio, & habitus: sed actus non est natus esse subiectum illius actus, cuius omisio est peccatum, immo ipsa voluntas nata est esse subiectum illius: ergo nullus actus natus est esse subiectum ipsius omissionis, quam dicimus esse peccatum omissionis: sed ipsa voluntas illius est subiectum. Vel potest etiam dici, quod de necessitate non præsupponat aliquem actum tanquam sui causam causalitate effectiua, nisi naturalem appetitum finis, in cuius virtute nonnet se voluntas ad alia velle bona, vel mala secundum quod dicit Ansel. de casu diaboli. Si enim sic de necessitate præsupponeret aliquem actum, aut iste actus de necessitate causaret istam omissionem, aut non: si de necessitate causaret istam omissionem, tunc esset actus malus, quare bonus actus non causat de necessitate aliquod peccatum, & sic sequeretur aut, quod omisio actus debiti non esset formaliter peccatum, aut quod quicumque peccaret peccato omissionis de necessitate peccaret duobus peccatis. Et forte secundum aliquos sequeretur determinate, quod ipsa omisio actus debiti non esset formaliter peccatum, sed tantummodo haberet rationem peccati illa commissio inordinata, quæ de necessitate causaret istam omissionem: quia secundum istos cum homo voluntarie aliquod crimen committit, ad quod de necessitate sequitur aliud, quod inordinatum est, tota ratio culpabilitatis videtur esse in primo actu. Vnde dicit B. Aug. 2. contra Faustum de ipso Loth, qui concubuit cum filiabus suis, quod culpandus est, non tamen, quantum ille inceptus, sed quantum illa merebatur ebrietas. Similiter dicitur isti, si aliquis sacerdos facit ali-

Ex lib. de  
somno, &  
vigilia in  
principio.

quem actum in ordinatum, ad quem de necessitate sequitur impossibilitas dicendi missam illo die, quo eam dicere tenetur, dicerent isti, quod ipsa omisio missæ non esset formaliter peccatum: quia esset aliquid necessarium. Sed tota ratio peccati esset in illa commissione inordinata, quæ de necessitate ipsam omissionem causavit: si ergo dicunt ipsi omisio actus debiti de necessitate semper præsupponeret aliquem actum modo prædicto, tunc nunquam ipsa omisio formaliter esset peccatum, quod falsum est. Vtrum autem ista ratio valeat, vel non, non diffinio.

Si autem dicat, quod de necessitate præsupponit aliquem actum deliberatum, qui tamé actus de necessitate non causat ipsam omissionem, quamvis de necessitate præsupponatur ab ea, sicut videmus, quod velle hoc modo, necessitate præsupponit aliquam cognitionem, & tamen cognitio non causat de necessitate velle hoc. Si sic dicas, contra hoc arguitur sic, ille. n. actus, quem de necessitate præsupponeret ipsa omisio, aut esset bonus bonitate morali, aut malus malitia morali, extendendo bonitatem moralem ad omnem actum, qui est secundum rectum iudicium rationis: & malitiam ad omnem actum deliberatum, qui non est secundum iudicium rationis, ex quo esset alius actus ab actu naturali ipsius voluntatis. Si esset malus malitia morali, sequeretur inconueniens, quod iam superius tactum est, videlicet, aut quod omisio non esset formaliter peccatum, aut quod peccans peccato omissionis semper peccaret duobus peccatis omittendo, & committendo, quod falsum videtur. Si autem ille actus esset bonus bonitate morali, tunc malum culpæ de necessitate depederet ab aliquo bono moris, quod falsum est, quamvis de necessitate depederet ab aliquo bono naturæ: ergo ut videtur, peccatum omissionis non consistit ex necessitate in aliquo actu, ita quod oporteat eam semper præsupponere aliquem actum tanquam sui causam causalitate effectiua, siue de necessitate inferente ipsam omissionem, siue non.

Hoc idem probo alio modo sic, peccatum omissionis est carentia actus debiti voluntate pro tempore, & loco, quo debebat haberi, sicut autem in potestate voluntatis existentis tantummodo in actu naturali volendi finem, est exire in aliquem actum debitum ad consecutionem finis, ita in potestate ipsius est non exire in actum illum, sed non exire in actum debitum pro tempore, & loco, quo debitum est, est peccatum omissionis: ergo voluntas peccare potest peccato omissionis non præsupponendo de necessitate aliquem actum, nisi naturalem actum ipsius voluntatis quo vult finem.

Ex prædictis patet, quod non oportet peccatum omissionis semper præsupponere aliquem actum deliberatum bonum, vel malum malitia, vel bonitate morali, nec consistit in aliquo actu mate-

materialiter, qui sit subtractus deformitati in omissione, nec est aliquis actus formaliter.

Ad argum.

Argumentum pro parte ista cõcedendū est.

Ad opposi-  
tionem.

AD illud, quod arguitur in oppositum, dico, quod non tantummodo dicitur volunta-

rium aliquid a voluntate efficiente, sed etiam, voluntate omittente, eo quod in potestate voluntatis erat, non omittere illum debitum actum, & sic peccatum omissionis est voluntarium. Explicit primum quolibetum.

# INCIPIIT SECVNDVM QVOLIBETVM.

## ARTICVLVS I.



IN nostra disputatione generali quærebantur aliqua de Deo, & aliqua de creaturis. Quæstionum autem, quæ fuerunt de Deo, quædam fuerunt de Deo secundum se, quædam ratione humanæ naturæ sibi unitæ. Quæstio num autem, quæ fuerunt de Deo secundum se, vna fuit de diuino intellectu, quæ fuit hæc. Vtrum in Deo sit intellectus practicus. Quædam fuerunt de Dei potentia, quæ fuerunt septem, quarum vna fuit: vtrum Deus possit mouere aliquid corpus localiter motu recto ab oriente in occidentem in instanti. Alia fuit vtrum Deus accidentia panis possit conuere re in accidentia corporis sui, sicut substantia in substantiam. Alia fuit vtrum Deus posset creare inter se, & supremam creaturam aliam nobiliorem. Alia fuit vtrum Deus posset facere aliquam creaturam inferiorem materia prima. Alia fuit vtrum Deus possit non prædestinare illum, qui prædestinatus est. Alia fuit vtrum filius Dei potuisset assumere corpus sine anima. Alia fuit vtrum persona filij Dei posset simul assumere plures naturas humanas. Alia quæstio fuit de Deo per comparisonem ad potentiam generandi, quæ fuit hæc. Vtrum hæc sit vera, Deus non genuit Deum.

### QVÆSTIO I.

INTER quæstiones ergo, quæ fuerunt de Deo est.

Vtrum in Deo sit intellectus practicus.

Argum. I.

RESPONDETUR, quod non: quia intellectus practicus dicitur hoc esse faciendum, vel non faciendum. Sed diuina voluntas non potest discordare a dictamine sui intellectus: ergo si diuinus intellectus diceret animam Antichristi esse creandam, diuina voluntas non posset velle non illam creare. Et sic diuina voluntas de necessitate vellet ipsam producere, quod falsum est.

CONTRA, scientia Dei est factiua rerum: sed talis scientia est practica: ergo est in Deo scientia practica: sed scientia practica est in intellectu practico, ergo in Deo est intellectus practicus.

### CONCLUSIO.

Et si Deus propter semetipsum res omnes sit operatus, qui tamen intelligit eas, ut in actu producat intellectum practicum habere dici potest, est enim intellectus practicus respectu eorum, quæ sunt ab intelligente operabilia.

AD ISTAM quæstionem respondeo, quod in Deo est intellectus practicus, non tamen eo modo practicus, quo in nobis.

Ad cuius intellectum sic procedendum est. Primo. n. distinguendum est de intellectu speculatiuo. Secundo de practico. Tertio ponenda est differentia inter maxime speculatiuum, & maxime practicum. Quarto ponenda est cõue entini Quinto ex prædictis declarandum est, De iesse intellectum speculatiuum. Sexto declarandum est in Deo esse aliquo modo intellectum practicum. Septimo declarandum est non esse in Deo intellectum practicum eo modo quo in nobis.

Quantum ad articulum primū, dico, quod duplex est intellectus speculatiuus vnus: qui est speculatiuus circa materiam speculatiuā, & iste est respectu rerum, quæ non sunt opera nostra, nec nostræ dispositionis, hoc est, propter scire, & non propter operari, & iste est purus speculatiuus. Quod autem ita sit, patet quia intellectus pure speculatiuus est eorum, quorum sunt opera nostra, nec nostræ dispositionis: & hoc propter scire, & non propter operari, sicut declarabo, ergo intellectus pure speculatiuus est eorum, quæ non sunt opera nostra, nec nostræ dispositionis, & hoc propter scire, & non propter operari. Minor patet per auctoritate Auic. 1. Meta. c. 1. Vbi dicit sic. Speculatiuæ sunt illæ in quibus quærit perfici virtus animæ speculatiuæ per acquisitionem intellectiue in effectum, & per adoptionem scientiæ imaginatiuæ, & crediti-  
uæ de

In opposi-  
tionem.

Responsio.

De articulo  
latione quæ-  
stionis.

Primus Ar-  
ticulus.  
Intellectus  
speculati-  
uus duplex.

uæ de rebus, quæ non sunt opera nostra, nec nec nostræ dispositiones. In his ergo finis est certitudo scientiæ, & opinionis. Et sic patet, quid est intellectus pure speculatiuus. Est, & alius intellectus speculatiuus circa materiam practicam, & sic intellectus speculatiuus est, q̄ speculatur operabilia, non propter operari: sed propter scire tantum, & iste non differt a practico, nisi in fine. Vnde de isto intellectu speculatiuo potest intelligi, quod dicit philo. 3. de anima, quod intellectus practicus differt a speculatiuo in fine. Hic autē intellectus speculatiuus per quandam extensionem fit practicus. Si enim non consistat in scire, sed ulterius retrahatur sua speculatio ad operari, tunc fit practicus. Vnde de isto speculatiuo potest intelligi illud, quod vult philo. 3. de anima, q̄ intellectus speculatiuus per quandam extensionem fit practicus: sic ergo habemus duplicem intellectum speculatiuum. s. speculatiuum circa materiam speculatiuam, & speculatiuum circa materiam practicam. Et hæc de primo articulo dicta sint.

Consequenter distinguendum est de intellectu practico. Dico ergo, q̄ vno modo intellectus practicus est circa materiam practicam, & sic intellectus practicus est, qui speculatur res, quæ sunt opera nostra, vel nostræ dispositionis, non propter scire tantum: sed propter opus, vel actionē. Et hoc patet sic. Intellectus enim practicus ex respectu eorum, quorum est scientia practica: sed scientia practica est eorū quæ sunt opera nostra, & nostræ dispositionis, & hoc cum speculatur res illas propter operationem, vel propter actionē: ergo intellectus practicus est rerum, quæ sunt opera nostra, & nostræ dispositionis, cum speculatur res illas propter operationem, vel actionem. Probatio minoris. Dicit. n. Auic. 1. meta. suæ c. 1. q̄ practica sunt illæ, in quibus primum quærit perfici virtus animæ speculatiuæ per adoptionem scientiæ imaginatiuæ, & creditiua de rebus, quæ sunt opera nostra. Ad hoc, vt secundario proueniat perfectio virtutis practicæ in moribus. Est etiam dare intellectum practicum circa materiam speculatiuam, cū intellectus speculatur aliqua, quæ non sunt opera nostra: nec nostræ dispositionis, ad hoc, vt in suo opere dirigatur. Et hoc modo est practicus intellectus ipsius medici, cum aspicit ad influentiam corporum celestium, hac intentione, vt melius sciat proportionare medicinam, quam intendit dare alicui egrotto propter ægritudinis curationem: sic ergo habemus duplicem intellectum practicum. s. practicum circa materiam practicam: & practicum quandoq; circa materiam speculatiuam. Practicus autem circa materiã practicam maxime est practicus: quia habet materiã practicam, & finem practicum. Ille autem qui est intellectus circa materiam speculatiuam, & propter scire tantum, ille est ma-

xime speculatiuus. Et hoc de secundo articulo dicta sint.

Consequenter ponenda est differentia inter maxime speculatiuum, & maxime practicum. Differunt autem in hoc, q̄ maxime speculatiuus est circa materiam speculatiuam. Maxime autem practicus circa materiam practicam: hoc est dictu, q̄ maxime speculatiuus est respectu eorum, quæ non sunt opera nostra, vel nostræ dispositiones. Practicus autem est respectu eorum, quæ sunt opera nostra, vel nostræ dispositiones. Differunt etiam in hoc, q̄ speculatiuus est propter scire, ita, q̄ nō ppter opus, vel actionem. Et hoc patet, quia secundum philo. 2. meta. Theoricæ finis est veritas. Practicus autem est propter opus. Vnde philo. dicit 1. meta. Quod finis scientiæ practicæ est opus. Videntur etiam differre in hoc, q̄ speculatiuus principaliter est circa vniuersalia, quamuis etiã possit esse circa singularia. E conuerso autē videtur esse de practico, principaliter videtur esse circa singularia, quamuis etiã considerat vniuersalia, vt ea applicet singularibus. Quod autem practicus principaliter speculatur singularia, hoc est, q̄ ex principali intentione, q̄ vniuersalia, patet sic: quia practicus est propter opus, operationes autem sunt circa singularia secundum philosophū in ethicis: ergo videtur, q̄ intellectus practicus ex principali intentione, intendit cognitionē singularium, q̄ vniuersalium. Hoc etiã potest probari, per quædam dicta philo. 3. de anima: Dicit enim ibi, q̄ hæc duo videntur rationabiliter mouentia appetitus, & intelligentia practica. Dicit etiam in eodē libro, q̄ opinio mouet non secundum quod est vniuersalis, sed supple secundum quod est singularis. Ex quibus sequitur, quod intellectus practicus maxime est circa cognitionem singularium. Differunt autem in hoc, quod speculatiuus nō dicitur ali quid agendum, vel fugiendum: vnde dicit philosophus 3. de anima, quod speculatiuus non præcipit fugere, aut imitari. Practicus autem dicitur hoc esse faciendum, vel non faciendum, vel hoc esse imitandum, aut fugiendum secundum quod vult philo. 3. de anima. Et sic posita sunt quatuor differentia inter intellectum maxime speculatiuum. Et hoc de tertio articulo dicta sufficiant.

Quarto ponenda est conuenientia. Dico ergo primo, quod conueniunt in hoc, quod eadem possunt. Eadem enim est potentia qua intelligimus non operabilia a nobis, & ea quæ dependent ex opere nostro. Secundo dico, q̄ conueniunt in hoc, quod vterq; speculatur, q̄ vnus vnus speculetur propter scire. Alius vt inde proueniat operatio. Vnde philo. 2. meta. dicit, quod speculantur practici, & in eodem libro dicit. Etenim si quo modo se habent intendunt, non tamen secundum se, sed secundum aliud. Tertio conueniunt in hoc, quod speculatiuus

culatiuus affirmat, vel negat quemadmodum, & practicus, quamuis propter finem alium. Et hæc de quarto articulo dicta sint.

Quintus  
Articulus.

Quinto ex prædictis declarandum est in Deo esse intellectum speculatiuum. Sicut enim dictu est supra. Intellectus speculatiuus est respectu, rei quæ non dependet ex opere intelligentis propter veritatem, & non propter opus. Certum autem est, quod diuinus intellectus essentiam suam intelligit, quæ a nullo, nec a se, nec ab alio est factibilis, & intelligit ipsam propter semetipsum: quia, & si nullam creaturam nunquam produxisset, nec producturus esset, tamen ita perfecte intelligeret essentiam suam sicut modo: ergo diuinus intellectus intelligendo essentiam suam speculatiuus est. Et hoc de quinto articulo dicta sint.

Sextus  
Articulus.

Sexto declarandum est in Deo esse aliquo modo intellectum practicum. Diuinus enim intellectus intelligit creaturas producibiles ab eo, vt eas in actu producat, quamuis productio ipsarum creaturarum sit propter Deū, sicut propter finem: quia sicut dicit sapiens. Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, intelligit etiam dispositiones creaturarum, vt eas disponat, conseruet, & gubernet, cum ergo intellectus practicus sit respectu rerum operabilium ab intelligente, vt inde proueniat opus, sequitur, q̄ aliquo modo oportet ponere intellectum practicum in Deo. Item August. primo libro de libero arbitrio ponit legem æternam, quæ summa ratio nominatur, cui semper obtemperandum est. Et postea dicit in illa temporali, scilicet, lege nihil est iustum atq; legitimum, quod non ex hac sibi homines deriuauerunt. Lex autem videtur spectare ad intellectum practicum, hinc ergo in Deo oportet ponere aliquo modo intellectum practicum. Item Sap. 7. dicit sapiens. Omnium artifex docuit me sapientiam, & ibi loquitur de sapientia increata. Ars autem videtur respicere intellectum practicum: ergo in sapientia increata, quæ Deus est, est intellectus aliquo modo practicus. Item dicit B. Augu. lib. 23. q. quæstio. 46. Sic sunt namq; ideæ principales, quædam formæ, vel rationes rerum incommutabiles, quæ ipsæ formatae non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo se habentes, quæ diuina intelligentia continentur, & cum ipsæ neq; oriuntur, neq; intereant, secundum eas tamen formari dicitur, quod omne oritur, & interire potest. Ideo ergo in Deo sunt rationes factiua creaturarū: ergo in Deo sunt ideæ practicae. Ideæ autem practicae respiciunt intellectum practicum: ergo in Deo aliquo modo est intellectus practicus. Et hæc de sexto articulo dicta sufficiant.

Septimus  
Articulus.

Septimo declarandum est, non esse in Deo intellectum practicum eo modo quo in nobis. Diuinus. n. intellectus practicus est respectu

creaturarum, eo, q̄ omnes creaturæ a Deo factæ sunt, & ab iplo conseruantur. Vnde per cōparationem ad ipsum Deum omnes creaturæ sunt artificiatæ, quædam, & comparantur ad Deum sicut artificiatum ad artificem. Quapropter de sapietia increata dicitur Sap. 7. Quod est artifex omnium. Intellectus autem noster non est practicus respectu omnium creaturarum, quare ea, quæ naturalia dicuntur non cōparantur ad nostrum intellectum, sicut artificiatum ad artificem, non enim dependent ex opere nostro. Item intellectus noster cum maxime practicus est, non tantummodo proponit voluntati ipsum operabile, sed etiam ipsam voluntatem determinat ad opus, non determinatione voluntatem necessitante: quia sicut declaratum fuit in quadam quæstione disputata, voluntas nostra in operando potest se mouere contra dictamen intellectus. Sed intendendo dicere, q̄ determinat voluntatem determinatione inclinante, cui tamen inclinationi nostra voluntas resistere potest. Quia enim intellectus practicus artificis dicitur ipsi artifici, q̄ lapides ponendi sint inferius, & ligna superius, ideo ponit artifex lapides inferius, & ligna superius. Itē quia dicit sibi practicus intellectus: quia iste lapis est melius situatus in isto loco, & alius in alio, ideo ipse artifex situat istum lapidē in isto loco, & alium in alio loco. Vnde si quaratur ab artifice quare illas partes sic disponit, dicit, quod ratio sic sibi dictabat debere fieri. Si ergo artifex illas partes ordinauit, quare intellectus sibi dictabat bonum esse illas partes sic ordinari. Non sic autem possumus dicere de Deo in productione creaturarum. Verbi gratia. Ponamus exemplū de productione mundi, non enim debemus dicere, quod Deus creauit mundum: quia intellectus dictabat sibi, quod bonum erat mundū creari: sed quia volebat mundum creari, ideo intellectus dictabat sibi, q̄ bonum erat mundum creari, ita q̄ intellectus non determinauit voluntatem ad hoc volendum: sed voluntas determinauit intellectum ad hoc dictandum. Sic ergo prius secundum nostram rationem intelligendi, fuit, diuinum intellectum proponere voluntati factionem ipsius mundi non dictado hoc debere fieri, vel nō debere fieri. Secundo fuit diuinū, velle facere mundū. Tertio intellectū dictare, q̄ bonū erat mundū fieri. Et dico, q̄ iste ordo nō est scdm rationē intelligēdi: quia diuinus intellectus ab æterno proposuit, vel vt melius dicā, ostēdit mūdi factionē. Et diuina voluntas ab æterno voluit, vt mūdus in tēpore fieret, & diuinus intellectus ab æterno dictauit, q̄ bonū erat mundum in tpe fieri. Qd̄ autē ipse Deus nō voluerit mūdū p̄ducere: quia intellectus suus dictabat, q̄ bonū erat mūdū produci: sed ecōuerso vī posse probari primo p̄ auctoritatē Apost. ad Ro. 9. Qui opa ipsius Dei circa creaturas videt reducere in ip-

Quare in contingenti bus intellectu eius diuinus sequitur voluntatis actus ex Sco. 39. dist. primi.

sam diuinam voluntatem sicut in rationem primam. Vnde dicit. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Voluntas ergo Dei est rectitudo prima. Vnde si linea trahitur ad regulam rectam dicemus lineam esse rectam, quare tracta est secundum regulam rectam, non econuerso. Ita si operatio alicuius creaturæ manet a diuina voluntate non dicemus rectum fuisse Deum, hoc velle operari, quia rectum erat hoc operari: sed ideo dicemus hoc operari rectum fuisse: quare Deus volebat hoc operari, cuius voluntas semper recta est. Præterea si ideo Deus voluit mundum creare: quia intellectus suus dictabat sibi, quod bonum erat mundum creari quæreretur ultra quare intellectus suus dictabat, quod mundum creari erat bonum, & respondetur, quod mundum creari erat bonum. Et si quæreretur ultra quare mundum creari erat bonum, fortè non posset responderi, nisi quia Deus volebat mundum creari: ergo quia Deus volebat mundum creari, ideo diuinus intellectus dictabat, quod bonum erat, quod crearetur. Præterea si ideo Deus voluisset mundum creare, quare intellectus suus dictabat, quod bonum erat, quod crearetur, tunc intellectus non potuisset hoc modo dictare: quia mundum creare non potuisset, non bonum esse: ergo cum voluntas diuina non posset discordare a dictamine sui intellectus, tunc voluntas diuina non potuisset non velle creare mundum, & si sic creasset mundum de necessitate, quod falsum est: quia potuit mundum non creare: sic ergo patet, quod in Deo non est ponere intellectum practicum eo modo quo innobis.

ARGUMENTVM autem, quod probat in Deo esse intellectum practicum procedit de intellectu practico secundum, quod in sexto articulo expositum est.

ARGUMENTVM autem ad oppositum probat in Deo non esse intellectum practicum, secundum quod intellectus practicus dicitur, qui determinat voluntatem ad operandum. Intelligenti sic. Quod ideo voluntas rem imperat: quia intellectus sic dicit imperandum, & sic verum est: quia in Deo non est ponere intellectum practicum respectu creationis mundi, secundum quod in septimo articulo declaratum est. Sed vtrum isto modo sit intellectus practicus in Deo respectu remunerationis iustorum, & respectu damnationis reprobatorum. Forte vellent dicere aliqui, quod sic. Dicerent enim multi, quod intellectus diuinus dicit, quod iustum est animam recedentem a corpore in gratia habere vitam æternam, & quare dicit, quod iustum est animam recedentem a corpore in peccato mortali æternaliter puniri, ideo Deus vult illam æternaliter puniri, & ita dicerent isti, quod non sic est intellectus practicus in

Ad hoc vi-  
de Sco. in  
38. disp. 1.  
cõformiter.

Deo respectu creationis mundi, sicut respectu remunerationis iustorum, & damnationis reprobatorum. Sed hoc ad præsens sub dubio potest dimitti. Et sic potest videri solutio ad argumenta ad vtranque partem.

## Q V A E S T I O II.

CONSEQUENTER veniendum est ad quæstiones, quæ fuerunt de Dei potentia. Inter quas primo ponatur ista.

*Vtrum Deus posset mouere aliquod corpus localiter ab oriente in occidentem motu recto in instanti.*

**RESPONDENTUR** quod sic. Dicit enim philosophus septimo physicorum. Si tanta virtus mouet aliquid mobile in tanto spacio, & in tanto tempore, dupla virtus mouebit illud mobile per illud spacium in dimidio illius temporis: ergo & maior in minori tempore: ergo infinita in non tempore: sed potentia Dei infinita est: ergo posset mouere mobile ab oriente in occidentem in non tempore.

CONTRA, philosophus quinto physicorum vult, quod medium est, in quod natum est primum pertere mutans, quàm in quod vltimum mutat, hoc est dictum, quod medium est, quod primum attingitur a mobili, quàm extremum: ergo si Deus moueret aliquid corpus ab oriente in occidentem in non tempore, oporteret, quod prius esset in medio inter orientem, & occidentem, quàm in occidente. Sed prius, & posterius non potest esse, nisi in tempore: ergo Deus non posset mouere aliquid corpus ab oriente in occidentem in non tempore.

## CONCLUSIO.

*Vtique posset Deus aliquod corpus ab oriente in occidentem in non tempore transferre si quidem, nec medium, nec corpus mobile diuina potentia virtuti resistere.*

AD ISTAM quæstionem respondeo, quod Deus posset transferre aliquod corpus ab oriente in occidentem in instanti. Et magis dico transferre, quàm mouere: quia ex usu loquendi hoc nomen motus imponitur ad significandum translationem non subiectam ipsi actioni, quæ est continuitas successiua, & sic ponere motum esse in non tempore loquendo de tempore large dicto, includeret contradictionem, & ideo ad admouendam controuersiam, quæ posset oriri ex nomine, dico, quod Deus posset transferre aliquod corpus ab oriente in occidentem in instanti sine omni successione durationis. Et hoc declaro sic. Secundum enim commentatorem super quarto physicorum. Successio est in mutatione, vel ex translatione, vel ex resistentia mobilis ad motorem, vel medij ad motorem, vel ratione vtriusque. Et sub resistentia ipsius medij, puto quod debeat comprehendere diuersibilitatem spacij per compa-

Argum. 1.  
T. c. 35.  
& inde.

In opposi-  
tum.  
T. c. 22.

Responso.

Cap. 7. in fi.  
Successio in  
motu ex  
tribus eno-  
mit.

comparationem ad limitationem virtutis in motore: quia si nulla alia resistentia esset, nisi tantummodo ipsa diuersibilitas spacij, & limitatio virtutis in motore, adhuc non posset motor ipsum mobile transferre per aliquod spatium in instanti. Vnde ipse angelus propter hoc, quod est virtutis limitate non potest transferre semetipsum ab oriente in occidentem per ipsum spatium medium transeundi in instanti, cum tamen medium non resisteret sibi, nec ipse sibi, & ita nulla esset ratio successione, & moræ in illa translatione, nisi diuersibilitas spacij, & limitatio virtutis in ipso angelo mouente se. Cum ergo ipsum medium non posset resistere diuinae virtuti, nec etiam corpus mobile, & diuina virtus limitata non sit, cum sit infinita in vigore, sequitur, quod si Deus vellet mouere aliquod mobile ex toto conatu virtutis suæ ab oriente in occidentem, quod ibi nullam posset inuenire rationem resistentiæ, nec moræ in ipsa translatione, & ex consequenti sequeretur, quod talis translatio esset in instanti. Huic videtur concordare verbum Auicennæ dicens in libro primo physicorum capitulo octavo. Quod impossibile est, vt tempore motus vbi non est refrenatio habeat comparisonem ad tempus motus vbi est refrenatio: ergo oportet, vt talis motus sit in non tempore. Et accipit ibi Auicenna motum pro translatione, quæ dicit commune ad translationem successiuam, & non successiuam, & accipit ibi tempus extendendo nomen temporis ad mensuram cuiuscunque mutationis. Videtur ergo dicere, quod impossibile est, vt mensura translationis in qua nulla est refrenatio, nec ex parte medij ad motorem, vel mobilis ad motorem, vel ratione limitationis virtutis in motore, vel quare motor per voluntatem ipsum transferibile non transfert, quàm ocius potest, nullam potest habere comparisonem ad mensuram translationis in qua est refrenatio secundum aliquem prædictorum modorum, sed tempus quantumcunque paruum habere comparisonem ad tempus quantumcunque magnum sumptum: ergo videtur dicere Auicenna. Quod translatio in qua non est refrenatio secundum aliquem prædictorum modorum sit in non tempore: cum ergo in illa translatione, qua Deus transfert aliquod corpus ab oriente in occidentem secundum totum conatum suæ potentie nulla possit inueniri refrenatio, sequitur, quod si esset aliqua talis translatio, quod illa esset in instanti, & non in tempore.

ARGUMENTVM pro parte ista concedendum est.

AD illud, quod arguebatur in oppositum. Respondeo. Cum enim dicit, quod

Ad opposi-  
tum.  
Ad argum.

medium est illud, quod prius attingit mobile, quàm veniat ad extremum. &c. Dico, quod si intelligatur de prioritate temporis, quod illud verbum philosophi debet intelligi de translatione continua: vnde iste dicit quinto physicorum. Vnde assumptum fuit illud verbum sic, medium vero est, in quod aprum natum primum pertere murans, quàm in quod vltimum mutat secundum naturam continue mutans. In quo apparet, quod intelligebat illud verbum, vel de illa translatione, qua transfertur aliquod mobile per aliquod spatium ab aliqua limitata virtute, quam translationem oportet esse cum quadam continuitate successiua, non de illa translatione qua transfertur aliquod mobile per aliquod spatium a virtute infinita, quæ fit in instanti. Si autem velis illud verbum extendere ad omnem translationem, etiam ad illam, quæ posset fieri per infinitam virtutem, tunc debet illud verbum exponi non de prioritate temporis precise, sed de prioritate secundum tempus, vel secundum naturam subdiuisione. Et sic patet solutio ad argumentum in contrarium.

## Q V A E S T I O III.

CONSEQUENTER sequitur.

*Vtrum Deus posset transmutare dimensiones panis in dimensiones corporis sui sicut substantiam in substantiam.*

**RESPONDENTUR** quod sic: a simili, quia non videtur ratio quare magis posset transmutare substantiam in substantiam, quàm dimensiones in dimensiones.

CONTRA, Deus non potest facere vnum corpus simul, & semel in diuersis locis localiter: sed si dicitur transmutaretur dimensiones panis in dimensiones corporis sui sicut substantiam in substantiam, corpus Christi esset in diuersis locis localiter, vt ostendam: ergo Deus non potest transmutare dimensiones panis in dimensiones corporis sui, sicut substantiam in substantiam. Probatio assumpti. Si enim Deus transmutaret dimensiones panis in dimensiones corporis sui, sicut substantiam in substantiam, tunc transmutatione facta, corpus Christi non esset vbi erat substantia panis sacramentaliter, & tamen ibi esset, quia ibi esset vbi substantia panis transsubstantiata fuisset in ipsum. Restat ergo, quod ibi esset localiter, & in cælo localiter, & sic esset simul in pluribus locis localiter.

Rich. Med. Quolib. C 2 CON-

Argum. 1.

In opposi-  
tum.



## CONCLUSIO.

*Dimensiones panis in dimensiones corporis Christi potest Deus sicut substantiam in substantiam transmutare non obstante illarum distinctione.*

*Responsio.*

AD I STAM quæstionem respondeo, & dico sine præiudicio, quod Deus ipse per omnipotentiam suam posset transmutare dimensiones panis in dimensiones corporis sui, sicut substantiam in substantiam. Et hoc declaro sic. Non enim minus distinguitur substantia panis a substantia corporis Christi, quam dimensiones panis a dimensionibus corporis Christi. Sed non obstante distinctione, quæ est inter substantiam panis, & substantiam corporis Christi, Deus potest transmutare substantiam panis in substantiam corporis Christi, & transmutat frequentissime sicut patet in altissimo Sacramento altaris: ergo similiter non obstante distinctione, quæ est inter dimensiones corporis Christi, & dimensiones panis. Deus posset transmutare dimensiones panis in dimensiones corporis Christi.

*Ad oppositum.*

ARGUMENTUM pro parte ista concedendum est.

*Ad argum.*

AD illud, quod arguitur in oppositum, quod tunc sequeretur vnum corpus esse in diuersis locis localiter &c. Potest dici vno modo, quod non oportet hoc sequi: quia posset Deus facere, quod corpus Christi, in quod transmutaretur substantia panis, simili modo haberet ad partes ipsius aeris, sicut in Sacramento altaris se habet ad ipsas dimensiones panis, & hoc modo non esset in aere localiter, quare dimensionibus aeris non circumscriberetur sicut in Sacramento altaris a dimensionibus panis non circumscribitur. Alio modo potest dici secundum alios, quod illud quod tu habes pro inconuenienti non est inconueniens. Potest enim Deus facere vnum corpus in diuersis locis simul localiter secundum quod declaratum fuit in alio quolibeto, & etiam confirmatum.

## QVAESTIO III.

CONSEQUENTER sequitur.

*Utrum Deus inter se, & supremam creaturam posset creare nobiliorem.*

*Argum. 1.*

VIDETUR, quod non: quia tunc mundus esset imperfectus, cum in mundo non esset nobilissima creatura, quæ possibilis esset fieri ab ipso Deo.

## Quæstio III.

CONTRA, inter supremam creaturam, & ipsum Deum sunt infiniti gradus distantiae: ergo quantumcunque fieret nobilior res semper remaneret intra limites creaturæ, hoc est dictu, quod si aliqua creatura fieret, quæ non excederet nobiliorem creaturam, quæ sit in infinitum adhuc illa non esset Deus: sed remaneret intra limites creaturæ. Sed Deus potest communicare creaturæ omne illud, quod non ponit eam extra limites creaturæ, sicut potest communicare homini quicquid non ponit eum extra limites humanæ naturæ: ergo &c.

## CONCLUSIO.

*Cum Deus altiori, & altiori modo secundum altiore, & altiore rationem a creatura possit participari, sequitur quod creaturam ea, quæ modo summa est nobiliorem facere possit, quæ tamen creaturæ limites non transiret.*

AD I STAM quæstionem respondeo, quod Deus inter se, & supremam creaturam posset facere aliam nobiliorem.

AD cuius intelligentiam sic procedendum est. Primo ponendæ sunt rationes dicentium contrarium. Secundo ponetur ratio pro parte ista. Tertio soluentur ea, quæ videntur facere pro parte contraria.

QUANTUM ad primum articulum. Dico quod illi qui tenent partem contrariam mutant se sic. Dicunt enim sic, quod secundum beatum Diony. 5. cap. de diuinis nominibus. Creaturæ procedunt a Deo sicut numerus ab unitate: sed aliquis est numerus inter quem, & unitatem nullus potest cadere medius numerus, & ille numerus est binarius: ergo dicunt ipsi, etiã est aliqua creatura talis, & ita Deo propinqua, quod inter ipsam, & Deum nulla potest fieri creatura media.

Item philosophus primo posteriorum vult quod status est de necessitate in ascendendo superius, & descendendo inferius, & in medio, sicut patet in linea prædicamentali, quare ascendendo a specie specialissima vsque ad genus generalissimum deuenitur, quod non habet supra se aliud genus, in descendendo a genere generalissimo vsque ad speciem, quæ non habet infra se speciem specialiore, & illa est species specialissima. Illa etiã, quæ sunt in medio, quæ sunt genera, & species, species respectu superiorum, genera respectu inferiorum, sunt etiam in terminato statu, & hoc videtur esse mens philosophi in loco prius assignato. Sed si Deus posset facere ultra supremam creaturam, aliam nobiliorem, pari ratione posset insuper illam aliam facere adhuc nobiliorem, & sic sine fine, & sic non esset status in ascendendo superius, & ita non esset status in prædicatis inquit, & contra mentem philosophi esse videtur.

## Secundi Quolibeti.

## Quæstio V.

detur in loco prius assignato.

*Ad scrib.*

ITEM beatus Augustinus secundo confess. loquens ad Deum dicit. Duo fecisti vnum prope te, alterum prope prope nihil, vnum quo superior tu esses, alterum quo nihil inferius esset: ergo videtur sentire Augustinus, quod est, quædam creatura ita nobilis, & ita prope Deum, quod inter ipsam non potest fieri creatura media.

*Ad quartum.*

ITEM si Deus posset facere creaturam nobiliorem creatura illa, quæ modo est summa, cum nihil instaret sibi si eam faceret, & deceat ipsum communicare suam bonitatem prout possibile est videretur aliquibus, quod si illam creaturam non faceret, quod inuidus esset: inuidiam ponere in Deo summa absurditas, & insania est.

*Ad quintum.*

ITEM si Deus posset facere aliquam creaturam nobiliorem, quam sit illa, quæ modo est summa, pari ratione posset facere nobiliorem, & nobiliorem sine fine: ergo pari ratione posset Deus facere creaturam simplicior, & simplicior sine fine: quanto enim creatura est simplicior, tanto creatura cæteris paribus est nobilior: sed omnis gradus simplicitatis excludit aliquem gradum compositionis: ergo sequeretur, quod infiniti gradus compositionis essent in creatura, quod falsum est.

*Ad sextum.*

ITEM quamuis creaturæ non habeant essentialium ordinem, quantum ad suum esse existentiam, hoc est: quia non oportet, quod vna crearetur mediante alia, non enim dicimus, quod intelligentiæ emanauerint a Deo, ita, quod vna mediante alia, sed omnes immediate a Deo, nec dicimus, quod mundus corporalis emanauerit a Deo mediante aliqua intelligentiâ: sed ipse mundus corporalis a Deo immediate productus fuit, tamen dicunt, quod creaturæ, quantum ad suum esse essentialium, quædam habent essentialium ordinem, secundum quem dicimus, quod essentialia vnus speciei est in gradu altiori, quam alia. Vnde non sunt aliquæ species creaturarum se habentes in æquali propinquitate ad primum: quamuis ergo species rerum a Deo immediate processerint, tamen essentialium ordinem habent inter se, intelligendo, vt expositum est: sed inter res habentes inter se essentialium ordinem est dare de necessitate primum, & vltimum: ergo ultra illam speciem creaturæ, quæ est altior, Deus non posset facere creaturam semper nobiliorem, & nobiliorem sine fine: sed qua ratione posset facere aliam nobiliorem, quam sit illa, quæ modo est summa pari ratione posset facere nobiliorem, & nobiliorem sine fine: ergo Deus non posset facere aliquam creaturam nobiliorem, quam sit illa creatura, quæ modo est summa.

*Ad hoc Augustinus. 12. lib. de ci. c. 11.*

ITEM certum est. Quod natura humana Domini nostri Iesu Christi est vnica personæ filij Dei, ita, quod in Domino nostro Iesu Christo non est, nisi vnum suppositum, quamuis in illo supposito sit natura creata, & increata. Certum est autem, quod illa vnica tantum est, quod nulla creatura perfectius posset vniri diuinæ personæ. Sed quanto creatura esset nobilior tanto, (quantum ex parte sua) esset magis vnibilis Deo: ergo videtur, quod Deus non posset facere aliquam creaturam nobiliorem, quam sit natura humana Domini nostri Iesu Christi, accipiendo simul nobilitatem, quam habet ex natura, & nobilitatem, quam habet ex gloria. Et hoc de primo articulo dicta sufficiant.

CONSEQUENTER ponatur ratio pro parte alia, & sit hæc.

DEUS potest facere in creatura omnem bonitatem, quæ non repugnat rationi creaturæ. Potest ergo Deus facere creaturam quantæcunque bonitatis, quæ rationi creaturæ, vnde creatura est non repugnat, sed maior bonitas, quam sit bonitas illius creaturæ, quæ modo est summa non repugnat rationi creaturæ. Vnde creatura est, sicut ostendimus: ergo Deus potest facere creaturam maioris bonitatis, quam sit bonitas illius creaturæ, quæ modo summa est. Probatio maioris, Deus potest facere omne illud, quod non includit contradictionem: ergo Deus potest facere quantumcunque bonitatem, quæ rationi creaturæ non repugnat. Consequenter probetur minorem principalis rationis, illud, quod non repugnat esse limitato, & finito non repugnat rationi creaturæ: vnde creatura est: sed maior bonitas, quam sit bonitas illius creaturæ, quæ modo summa est, non repugnat esse limitato, & finito, quare si illa bonitas intelligitur duplicari, adhuc ipsa duplicata est aliquod limitatum, & finitum: ergo maior bonitas, quam sit bonitas illius creaturæ, quæ modo summa est, non repugnat. Et sic videtur, quod Deus potest facere aliquam creaturam inter se, & illam creaturam, quæ modo est summa, quæ esset superior illa creatura, quæ modo est summa, nec tamen exiret limites creaturæ. Ad hoc etiam est manu ductio, quædam. Certum est enim, quod nullus intellectus creatus Deum videt, ita perfecte, quantum ipse ex parte sua visibilis est, quamuis quilibet intellectus beatus videat ipsum clare, sicut credo me declarasse in vna de quæstionibus meis. Et hoc est: quia ipse Deus propter infinitam sui entitatem est visibilis in infinitum intensiue, quantum est ex parte sua. Vnde esset possibile, si poneretur, quod virtus alicuius intellectus beati, per quam videt Deum,

intenderetur plus, & plus sine fine, dicemus, quod ille intellectus proficeret in videndo Deum clarius, & clarius sine fine, & ita in videndo perfectius, & perfectius sine fine: ab illo ergo intellectu posset Deus videri in gradu altiori, & altiori sine fine: non ponendo gradum ex parte rei visæ, sed ex parte visionis ipsius intellectus videntis: videtur autem rationabile, quod Deus posset facere creaturas imitantes Deum secundum istos gradus, secundum quos est visibilis. Et ita sequitur, quod posse facere creaturam in altiori gradu, quam sit illa, quæ modo est suprema: & adhuc aliam in altiori gradu, quam illa, & sic deinceps sine fine. Nec mireris de hoc, quod dictum est, quod probabile est Deum posse facere creaturas imitantes Deum secundum illos gradus secundum quos visibilis est, quamuis enim in diuina essentia non sint gradus: quia est essentia simplicissima in se habens infinitam perfectionem, tamen certum est, quod sicut illa essentia potest videri magis clare, & minus clare ab intellectu creato, ita a creatura potest participari altiori, & altiori modo secundum altiozem, & altiozem rationem. Vnde secundum altiozem rationem participatur a viventibus, quam a non viventibus: & a sentientibus, quam a viuentibus tantum: & a rationalibus, quam a sentientibus: & ab intellectualibus, quam a rationalibus: & ab illis, qui sunt de ordine Archangelorum, quam ab illis, qui sunt de ordine Angelorum: & ab illis, qui sunt de ordine principatum, quam ab illis, qui sunt de ordine Archangelorum. Et sic deinceps ascendendo. Vnde videmus, quot vna essentia simplex nullo modo gradus habens ex parte sua, secundum tamen multos gradus est visibilis, & secundum multos gradus est participabilis: non ponendo gradus ex parte ipsius rei visæ, & participatæ, sed tantum ex parte visionis videntium, & participationis participantium. Et propter hoc dixi, quod ex quo posset videri altiori, & altiori modo sine fine, si posset intendi virtus intellectus creati, per quam videt Deum plus, & plus sine fine, quod probabile est, quod Deus posset facere creaturas correspondentes illis omnibus gradibus secundum quos Deus visibilis est faciendo illas creaturas, non omnes simul in actu primo, quia hoc esset facere infinitum in actu puro: sed intelligo sic, quod Deus posset facere creaturam imitantem Deum, sub altiori ratione, & adhuc aliam imitantem Deum altiori modo, & sic deinceps ascendendo sine fine, ita tamen quot gradus in illis altitudinibus essent ex parte participantium, non ex parte rei participatæ. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

CONSEQUENTER solvendum est ad ea, quæ adducta fuerunt pro opinione contraria.

DICO ergo primo ad auctoritatem Dionysij, quod non bene accipiunt eam. Volunt enim ex illa arguere ac si in omnibus esset simile de processu numeri ab vnitatem, & de processu creaturarum a Deo. Et tamen certum est, quod plus est ibi de dissimilitudine, quam de similitudine. In hoc enim est aliquis similitudo: quia sicut numeri progrediuntur ab vnitatem, & creaturæ procedunt a Deo, & sicut vnitatem est simplicior quocunque numero, ita Deus est simplicior quacunque creatura. Et sicut non sunt duæ species numeri in æquali propinquitate ad vnitatem, sic non sunt duæ species creaturæ in æquali propinquitate ad Deum, loquendo de propinquitate, quæ est per earum naturam. Et sicut quilibet numerus habet in se aliquam participationem vnitatis. Vnde etiam quicunque numerus dicitur vnus. Dicimus enim, quod senarius est vnus numerus, & septenarius est vnus, & sic de alijs. Ita quæcunque creatura habet in se aliquam participationem ipsius Dei: in multis tamen est dissimilitudo: ab vnitatem enim non procedit, nisi vnus numerus immediate, scilicet, binarius, ternarius enim procedit ab ea mediante binario, & quaternarius mediante ternario, & sic deinceps, omnes autem Angeli, & ipse mundus corporalis processerunt immediate a Deo. Item est dissimilitudo in hoc, quod aliquis numerus est ita propinquus vnitati, quod non potest esse aliquis alius numerus vnitati propinquior: sed non est aliqua creatura, ita propinqua Deo, quin posset fieri aliqua creatura Deo propinquior, saltem loquendo de propinquitate, quæ consideratur in creaturis per suam naturam. Accipiebant ergo illi auctoritatem Dionysij non secundum Dionysij intellectum.

ADILLVD quod adducebant pro se de libro posteriorum, dico bene, quod in eodem genere non contingit speciem fieri nobiliorem, & nobiliorem sine fine, nec in eadem specie potest fieri indiuiduum nobilius, & nobilius sine fine, imo est dare terminum in specie, qui terminus transcendendi non potest ab aliquo indiuiduo remanente in eadem specie. Item est dare terminum in genere, qui transcendendi non potest ab aliqua specie eiusdem generis. Sed hoc non obstante Deus posset facere creaturam nobiliorem, & nobiliorem sine fine in alio, & in alio genere, verbi gratia. In prædicamento substantiæ corporalis posset fieri substantia, ita nobilis, quod naturaliter non posset fieri nobilior in illo prædicamento, tamen si ponamus nobilissimam substantiam, quæ potest esse in prædicamento sub-

Tertius articulus.

Solutio argumentorum prima opinionis. Ad primū.

Ad secundum.

to substantiarum corporalium adhuc inuenimus nobiliorem substantiam, non in eodem prædicamento: sed in alio prædicamento, hoc est in prædicamento substantiarum intellectualium. Et sic dico, quod adhuc Deus posset facere substantiam nobiliorem, quam sit alia creatura intellectualis in alio prædicamento. Vnde tu debes scire, quod illa sunt in eodem prædicamento, quæ conueniunt in primo principio potentiali, vt in prima ratione possibilitatis, quæ est in eis, & ideo certum est omnibus substantias corporales esse in eodem prædicamento: quia natura possibilis est in omnibus rebus generalibus, & corruptibilibus vni genea. Substantiæ autem spirituales non sunt in eodem prædicamento cum substantijs spiritualibus, & corporalibus: Quamuis enim genus significet totam quidditatem rei, ponitur tamé a ratione potentialis naturæ. Vnde genus generalissimum essentiæ rei dicit sub modo indeterminatissimo, & maxime potèntiali ad determinationem. Ita dico, quod Deus posset facere prædicamentum substantiarum aliarum, ita quod ille substantiæ non essent in eodem prædicamento cum substantijs corporalibus, nec cum substantijs spiritualibus, quæ non sunt. Dico ergo sic ad auctoritatem philosophi, quod in eodem prædicamento oportet ponere statum. Nec debes mirari de hoc, quod dico, non omnes substantias esse in eodem prædicamento. Huius enim fuit mens ipsius philosophi. Vnde ipse dixit. 10. meta. Quod corruptibile, & incorruptibile diuersa sunt genere, & intelligis de corruptibili, & incorruptibili per naturam: vnde realiter loquendo substantiæ intellectuales, & corporales non sunt in eodem prædicamento.

AD auctoritatem vero Aug. dicendum, quod illa auctoritas non est contra me. Aug. enim intendit dicere, quod inter creaturas vna est ita alta, quod solus Deus illa superior est: sed non negat, quot alia altior fieri posset a Deo: vnde loquitur de hoc, quod factum est, non de hoc, quod Deus facere posset.

ILLVD etiam, quod quarto adducebatur parum cogit. Sicut enim dictum est in prima questione istius disputationis generalis, non ideo Deus vult aliquam creaturam fieri, quia bonum est ipsam fieri: sed ideo bonum est ipsam fieri: quia Deus vult ipsam fieri, ita, quod bonitas attenditur in factione rerum per comparisonem ad diuinam voluntatem: vnde eo ipso, quot dicitur vult aliquam creaturam fieri melius, eo quot fiat, quam quot non fiat: & in eo ipso, quot vult aliquam creaturam non fieri, melius est, quot non fiat, quam quot fiat. Si ergo quæras, si Deus potest facere aliquam creaturam nobiliorem, quam sit, illa creatura, quæ modo est suprema, quare non creat eam. Dico, quot ideo non creat eam: quia melius est ipsam non creari, quam creari secundum ordinem creatura-

rum ad diuinam voluntatem, quæ in vniuersitate creaturarum maxime debet attendi. Et si quæras quare, quantum ad ordinem, melius est illam creaturam non fieri, quam fieri. Dico, quod ratio est, quia Deus vult eam non fieri: & si quæras quare Deus vult eam non fieri, ibi standum est, quia diuina voluntas est summa regula bonitatis. Non est ergo inuidus in non faciendo illam creaturam: quia simpliciter, & omnibus computatis melius est illam non fieri, quam fieri.

ALIA etiam ratio quæ postea fiebat non multum cogit: quamuis enim non sint actu infiniti gradus compositionis in creatura: tamé dico, quot sicut posset fieri a Deo creatura simplicior sine fine, ita dico, quot posset Deus ponere in creaturis per diuinam potentiam alium, & alium gradum compositionis sine fine, non autem oportet, quot omni simplicitati, quæ potest esse in creaturis per diuinam potentiam respondeat actu in creatura aliquis gradus compositionis, quam illa simplicitas haberet occludere: sed sufficit, quot talis gradus compositionis posset fieri in vniuersitate creaturarum per diuinam potentiam.

ILLA etiam ratio, quæ postea sequitur non videtur mihi multum cogens, cum enim dicit, quot in rebus habentibus inter se essentialem ordinem, est dare supremum, quo non potest esse aliqua creatura altior. Dico, quot si loqueris de essentiali ordine eo modo, quo fuit expositum in formando illam rationem, propositio falsa est. Vnde illa ratio solvenda est per interemptionem, si enim vocas essentialem ordinem inter species, quot vna est nobilioris essentiæ, quam alia, & propinquior primo principio, talis essentialis ordo non prohibet, quin semper per infinitam potentiam posset fieri species nobilior, & nobilior sine fine. Sed si esset inter creaturas essentialis ordo eo modo, quo quidam hæretici existimauerunt, videlicet, quot vna creatura de necessitate emanasset a Deo primo, & alia a Deo mediante illa, & sic deinceps, sic propositio haberet veritatem: sed sic ponere essentialem ordinem est contra rationem, & contra veritatem fidei: vnde qui hoc vellet defendere, esset hæreticus simpliciter.

ILLVD etiam, quod arguebatur per naturam humanam Domini nostri Iesu Christi, solui potest sic: quamuis enim natura humana Domini nostri Iesu Christi, ita sit sublimata, quot manens eadem in numero, non potest amplius sublimari, nec alia natura manens in eadem specie: tamen posset dici, quod Deus posset facere aliquam naturam magis sublimem, quantum ad naturam, & quantum ad gloriam, non tamen, quantum ad modum existendi, quem habet in diuino supposito. Nulla enim creatura potest a Deo accipere nobilior esse, quam esset Rich. Med. Quolib. C 4 se,

Substantiæ spirituales, &amp; corporales secundum doctrinam Dostorū nō sunt eiusdem generis, licet contra communem opinionem.

T. c. 26. Qualiter hic textus intelligatur vide expositoribus ibi, quare de genere physico, &amp; nō logico etc. Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad hoc vide de theologia in 3. di. 13.

se, quod habet in diuino supposito. Nullam ergo creaturam posset Deus facere, cui posset dare nobiliorem modum actualiter existendi, quam sit ille modus, quo natura humana Domini nostri Iesu Christi actualiter existit. Est enim actualiter non in aliquo supposito creato: sed in supposito increato. Posset tamen Deus facere creaturam nobilioris essentiae, cui maiorem habitum gloriae dare posset: sed non posset hoc fieri, ita, quod illa creatura esset in specie naturae humanae: quia in specie naturae humanae natura Domini nostri Iesu Christi tenet summum. Sic potest dicere, qui vult tenere istam partem. Qui autem vult tenere partem aliam, etiam posset solvere rationes pro parte ista: sed causa pluralitatis vitandae, nolo hic ponere solutiones, per quas videtur aliquibus quot processus illarum rationum posset impediri. Et haec de tertio articulo dicta sint.

*Ad argum. principale.* **Q**VI autem vult tenere quot Deus inter se, & supremam creaturam posset causare aliam nobiliorem, potest respondere ad argumentum in oppositum dicendo, quod illa opinio non ponit mundum imperfectum. Ex hoc. n. est perfectio in mundo, quot ita est mundus ordinatus, sicut Deus vult ipsum ordinari. Et quare omnes creaturae sint in mundo, quas vult Deus ibi esse: vnde perfectio attenditur in mundo ex ordine ipsius mundi ad diuinam voluntatem. Vnde eo ipso, quod Deus non vult illam creaturam fieri. Dico quot propter non existentiam illius creaturae mundus non est imperfectior.

Qui autem vellet tenere partem aliam (forte dicerent quot inter supremam creaturam, & Deum nulli gradus sunt possibiles participari: vnde forte solueret per interemptionem, quamuis bene concedant ipsum Deum esse excellentiorem in infinitum, quam sit suprema creatura.

Nulla autem istarum opinionum intendo temerarie asserere. Sed ex dictis poterit quilibet eligere, quod sibi rationabilibus videbitur de hac quaestione.

QVAESTIO V.

CONSEQUENTER sequitur.

*Utrum Deus possit facere aliquam creaturam inferiorem prima materia generabilium, & corruptibilium.*

*Argum. I.* **T**VIDETUR, quod sic: quia inter ipsam, & nihil sunt infiniti gradus: quia non ens distat a quocumque ente in infinitum. Ergo videtur quot Deus posset facere creaturam inferiorem prima materia generabilium, & corruptibilium.

*In oppositum.* **C**ONTRA, materia prima generabilium, & corruptibilium est in potentia ad omnes formas: ergo alia creatura non posset habere maiorem potentialitatem: sed quanto creatura esset inferior, tanto haberet maiorem poten-

tialitatem: ergo Deus non posset facere creaturam inferiorem materia prima generabilium, & corruptibilium.

CONCLUSIO.

*Tenet quidem materia prima generabilium, & corruptibilium infimum actualitatis gradum, tamen datur aliquod ens inferius ea nullam dicens actualitatem, & hoc est ens purum potentiale, in infimam transmutabile formam.*

**A**D videndum veritatem huius questionis sic procedendum est. Primo distinguendum est de materia prima. Secundo distinguendum est ens in ens possibile fieri per se, & non possibile fieri per se. Tertio ostendendum est, quod nullum ens potest fieri per se, quod sit inferius materia prima generabilium, & corruptibilium. Quarto ostendendum est, quod aliquod ens, quod non potest fieri per se, factum est inferius ea. Quinto ostendendum est, quod factum est aliquod ens non possibile esse per se, nec aliquam propriam actualitatem importans, quo nihil inferius fieri potest.

Quantum ergo ad primum articulum, dico quod materia prima generabilium, & corruptibilium dupliciter potest accipi, vno modo, secundum quod dicitur aliquid commune manens in generato, & corrupto vsque; ad quod resoluitur natura, cum ex vno generatur aliud generatione simpliciter, & sic proprie accipitur prima materia generabilium, & corruptibilium: hoc enim est, quod vocamus primam materiam generabilium, & corruptibilium. s. primam sui fundamentum transmutationis naturalis. Vnde & a philo. i. meta. vocatur fundamentum naturae.

Alio modo accipitur prima materia generabilium, & corruptibilium pro quodam principio pure possibili, quod nullam penitus importat actualitatem propriam, dicens rem mediam inter quamcumque actualitatem, & nihil, quod quidem principium pure possibile transmutatur in ipsam formam, ita, quod sit ipsa forma, secundum quod specialius, & clarius expositum est in quadam quaestione disputata, quae est haec: vtrum angeli imprimant formas corruptibiles in materia, vel educantur per naturam de potentia materiae, ibi. n. declaratum est, quod est quoddam principium purum possibile in materia, quod non est idem re cum ipsa natura transmissibile in ipsam formam per actionem agentis naturalis, ita, quod forma generanda dicitur esse in materia in esse pure possibili ratione illius principij possibilis, quod est transmissibile in ipsam. Cui sententiae videtur concordare verbum. Commentatoris super 8. meta. vbi dicit, quod illud, quod fuit in potentia est in actu, & non sunt duo diuersa. Illud. n. principium pure possibile non dicitur, quid diuersum a forma in quam transmutatur, sicut vna forma ab alia: nec sicut materia proprie dicta ab ipsa forma: nec tamen potest dici idem in actu:

*De articulo latio, quae estis.*

*Primus articulus. Materia prima dupliciter accipi potest. Ad hoc Scotus. q. 2. quarti art. 2. bona de functione.*

*T. c. 17. Principium pure possibile quid. De quo etiam in q. 12. huius. q. arti. 2. vide.*

*Cap. 7. li.*

actu: quia purum possibile cum nulla re habet identitatem actualem, & sic non accipitur materia proprie. Et haec de primo articulo dicta sufficiant.

*Secundus articulus.*

**S**ecundo distinguendum est ens, in ens possibile fieri per se, & non possibile fieri per se. Quod. n. sit ens quoddam possibile fieri per se, nulli dubium est. Omne. n. ens, quod importat aliquam determinatam actualitatem absolutam, possibile est fieri per se naturaliter, aut supernaturaliter per diuinam potentiam supernaturaliter operantem: Quod autem sit dare ens non possibile fieri, hoc concludi potest per illud, quod in primo articulo dictum est, secundum, quod est ponere in rebus, principium purum possibile, quod est transmutabile in ipsam formam, quod non importat aliquam actualitatem propriam. Tale. n. ens nullo modo potest fieri per se: quia hoc includeret contradictionem. Si. n. esset per se, aliquam actualitatem importaret: quia esse actu, non est sine aliqua actualitate, & tunc si illa actualitas esset aliud ab illo principio pure possibili, iam illud principium pure possibile non esset per se: si autem esset illud principium possibile, vel de essentia eius iam purum possibile, non esset purum possibile, vel simul esset purum possibile, & actuale, quae sunt repugnantia. Et ita patet, quod dicere, quod purum possibile potest fieri per se, includit, quod duo contradictoria possunt simul esse vera. Et haec de secundo articulo dicta sunt.

*Tertius articulus.*

**T**ertio ostendendum est, quod nullum ens potest fieri, quod sit inferius materia prima generabilium, & corruptibilium. Hoc. n. probari potest per hoc, quod probatum est in praecedenti articulo, quod nullum ens purum possibile potest fieri per se: ex hoc enim sequitur, quod omne ens, quod potest fieri per se dicitur aliquem actualitatis gradum: sed materia prima generabilium, & corruptibilium si importat actualitatem propriam, tenet infimum actualitatis gradum. Ex quibus sequitur, quod nullum ens potest fieri per se, quod sit inferius ea. Quod autem materia prima generabilium, & corruptibilium dicatur infimum actualitatis gradum, si actualitatem importat, dico sic, si enim dicitur aliquem gradum actualitatis ultra infimum, tunc actualitas sua non esset cum maxima possibilitate, quae stare potest cum aliqua actualitate, nunc autem opinio philosophorum videtur esse, quod materia prima generabilium, vel corruptibilium importat maximam possibilitatem, quae potest stare cum aliqua actualitate: quod verum non esset, si aliquem gradum actualitatis importaret ultra infimum, & sic patet, quod principaliter in hoc articulo probare intendebamus, quod nullum ens potest fieri per se, quod sit inferius materia prima generabilium, & corruptibilium. Et haec de tertio articulo dicta sufficiant.

*Materia prima infimum actualitatis gradum obtinet.*

*Quartus articulus.*

**Q**uarto ostendendum est, quod aliquod ens, quod non potest fieri per se, factum est inferius ea, probatum est enim supra, quod in rebus generabilibus, & corruptibilibus est dare principium purum potentiale transmutabile in ipsam formam, quae per naturam educitur de potentia materiae. Est etiam dare in rebus ens purum possibile, quod nullam habet actualitatem propriam: sed est per actualitatem alienam: quia est annexum rei habenti actualitatem, & declaratum est supra, quod tale ens per se fieri non potest, materia autem prima generabilium, & corruptibilium tenet infimum, & indeterminatissimum actualitatis gradum, aliter non esset primum fundamentum transmutationis naturalis, ens autem: quod nullam importat actualitatem propriam, est ens inferius quocumque ente importante actualitatem aliquam, quantumcumque illa actualitas sit infima & indeterminata: sequitur ergo, quod illud principium purum possibile de quo probatum est, quod non potest fieri per se, est inferius materia prima generabilium, & corruptibilium. Et sic probatum est illud, quod in isto quarto articulo intendebamus. s. quod aliquod ens, quod non potest fieri per se, factum est inferius materia prima generabilium, & corruptibilium. Et haec de quarto articulo dicta sint.

*Quintus articulus.*

**Q**uinto ostendendum est, quod factum est, quod aliquod ens non possibile esse per se, nec aliquam propriam actualitatem importans, quo nihil inferius fieri potest: probatum est enim, quod in rebus est dare aliquod ens purum potentiale, quod nullam importat actualitatem propriam: Est etiam dare in rebus formam infimam educibilem per naturam de potentia materiae: est ergo dare in rebus ens purum potentiale transmutabile in formam infimam, quae educi possit per naturam de potentia materiae. Sed tale ente nullum potest esse inferius ens: quare illa possibilitas, quae est transmutabilis in infimam formam est infimissima possibilitas. Infimissima autem possibilitate nullum ens potest fieri inferius, nec ens purum possibile, nec ens aliquam actualitatem importans. Et sic probatum est illud, quod in isto quinto articulo intendebamus. s. quod factum est aliquod ens non possibile esse per se, nec actualitatem aliquam importans, quo nihil inferius fieri potest, per dicta potest solui argumentum ad vtramque partem.

*Ad argum.*

**A**D illud, quod primo arguitur, quod ens distat a non ente in infinitum &c. dico, quod illud argumentum male procedit. Si enim procederet sequeretur, quod ente quantumcumque possibile posset fieri inferius ens, quod concessimus esse falsum. Vnde argumentum solutione indiget. Cum igitur dicitur, quod inter ens, & non ens sunt infiniti gradus, dico, quod falsum est. Inter. n. ens maxime possibile, & ipsum nihil, nullus gradus est: nec dicuntur ista distare



distare in infinitum propter aliquem gradum infinitantem inter nihil, & illud maxime possibile. Sed quia ad faciendum quodcunq; certum ens non de aliquo, requiritur infinita potentia. Nō enim potest dici, q̄ nihil habeat aliquam realem distantiam ad aliquid neq; finitam, neq; infinitam, nec aliquam proportionem potest habere ad quodcunq; ens, cum nullam dignitatem importet. Et hec est alia ratio quare quodcunq; ens dicitur distare a non ente in infinitum.

Ad oppositum. AD illud, quod arguitur ad partem aliam, q̄ materia prima est in potētia ad omnes formas generabilium, & corruptibilium &c. Dico, q̄ verum est, loquendo de possibilitate ad recipiendum. Sed tamen non transmutatur in ipsas formas: unde manet ipsa essentia materiae communis in generato, & corrupto, & est transmutationis naturalis primum fundamentum. Unde oportet, q̄ dicat aliquē actualitatis gradum, quamvis infimum, & indeterminatissimum. Illud autem principium purum possibile, quod est transmutabile in ipsam formam inferius est, cum nullam importet actualitatem propriam, nec potest vere esse in actu, nisi per actualitatem alienam, & sic patet quid debeat dici ad utrumque argumentum.

Q V A E S T I O VI.

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

Utrum Deus potuit non praedestinare illum, qui praedestinatus est.

Argum. I. **N**ON VIDETUR, quod non: quia si potuit non praedestinare illum, qui est praedestinatus, aut hoc potuit antequam esset praedestinatus, q̄ non fuit possibile: quia praedestinatus fuit ab aeterno, & ante aeternū nihil, nec hoc potuit, quando fuit praedestinatus: quia q̄ est, quando est, necesse est esse, nec postquam fuit praedestinatus: quia tunc in voluntate diuina posset mutatio cadere, quod impossibile est.

C O N C L U S I O.

Imo potest, siquidem velle diuinum, & in hoc obiectum, & in eius oppositum ab aeterno potest.

In oppositum. C O N T R A, praedestinatus potest non saluari: quia peccare potest mortaliter, & in peccato perseverare: sed ille, qui potest non saluari, potest non esse praedestinatus: ergo Deus potest non praedestinare illum, qui est praedestinatus.

Distinctio questionis. AD intelligendum veritatem huius, quaestiones, sic procedendum est. Primo videnda est natura praedestinationis ex parte Dei. Secundo natura connotati, quod est finalis gratia, & gloria. Tertio ordo istius ad principalem actum.

Primus articulus. Ad intelligentiam primi notanda est diffe-

rentia inter praescientiam, propositum, praedestinationem, electionē. Quae talis est: quia praescientia dicit praecognitionem solum. Propositum vero importat praecognitionem salutis istius, & voluntatem suae salutis. Praedestinatio importat praecognitionem salutis istius, & voluntatem suae salutis, & ordinationem praedestinati in finem. Electio non importat praecognitionem salutis electi, & voluntatem suae salutis, & distinctionem ipsius a suo opposito: unde praescire istum saluandum, est praecognoscere re simpliciter salutem ipsius. Propositum vero saluandi istum, est praecognoscere istum saluandum, & ipsum velle saluare: praedestinare vero istum, est praecognoscere salutem ipsius, & velle ipsum saluare, & ordinare in finem. Eligere istum ab aeterno, est praecognoscere salutem ipsius, & velle ipsum saluare, & distinguere ipsum a suo opposito, accipiendo oppositum large prout se extendit ad malum, & minus bonum. Sic ergo patet, q̄ praedestinatio ex parte Dei importat actum diuinae cognitionis, & diuinae voluntatis, cum quadam relatione rationis ad salutem istius futuram. Sed ita est, q̄ actus diuinae voluntatis talis est, q̄ sicut ipsa voluntas nostra absq; aliqua mutatione praecedente in ea exit in actum volēdi, potest aliquid velle, vel nolle: ita actus voluntatis diuinae absq; aliqua mutatione facta in eo potest in hoc obiectum, vel in eius oppositū, & sicut actus diuinae cognitionis praescit res futuras esse eo modo, quo futurae sunt, ita diuina voluntas vult bona futura esse eo modo, quo futura sunt. Et haec de primo articulo dicta sint.

Secundo videnda est natura connotati, quod est finalis gratia, & gloria. Dico ergo, q̄ gloria istius futura, quantum est ex parte sua, est quoddam futurum simpliciter, & absolute contingens: & similiter finalis gratia est illud, per q̄ praedestinatus sequitur salutem. Connotatum ergo praedestinationis absolute consideratū, est quoddam futurum simpliciter contingens. Et hoc de secundo articulo dicta sufficiant.

Tertio videndum est ordo istius ad principalem actum. Et dico, q̄ ille ordo contingens est, quod declarari potest ex duobus articulis praecedentibus. Sicut enim dictum est in articulo primo, velle diuinū absq; aliqua sui mutatione potest in hoc obiectum, vel in eius oppositum. Item sicut dictum est in articulo secundo, q̄ connotatum praedestinationis absolute consideratum est futurum simpliciter contingens. Ex quibus sequitur, q̄ quamvis actus diuinae voluntatis simpliciter sit necessarius, & immutabilis, q̄ tamen ordo futurae finalis gratiae istius, & gloriae ad ipsum diuinum velle est contingens: quia ordo obiecti oppositi ad ipsum diuinum velle est possibilis, ex quo patet, q̄ praedestinatus potest non saluari diuine accipiēdo, hoc dico propter hoc: quia ista non stant simul, q̄ fuerit praedestinatus, & non saluabitur.

Hec diffinitio habet a magistro di. 35. primo. & a Doctore de di. 4. art. 1. q. 2.

Praedestinatio quid ex parte Dei.

Secundus articulus.

Connotatum praedestinationis quid.

Tertius articulus.

Ad hoc Scotus, in 4. dist. 1. quomodo est vera in sensu diuino.

saluabitur: sed possibile est, q̄ nunquam fuerit ordinatus ad salutem. Et ita possibile est, q̄ nunquam fuerit praedestinatus. Unde concedo, q̄ Deus potuit non praedestinare illum, qui praedestinatus est, & potest Deus facere, quod nunquam fuerit praedestinatus: tamen Deus hoc nunquam faciet. Ista ergo consequentia est necessaria. Praedestinatus est: ergo aeternam salutem consequetur.

Ad oppositum. Argumentum pro parte ista gratia conclusionis concedatur.

Ad argum. AD illud, quod arguitur in oppositum. Respondeo. Cum enim dicis, q̄ si Deus potuit praedestinatum non praedestinare, aut hoc potuit antequam esset praedestinatus, q̄ non fuit possibile: quia praedestinatus fuit ab aeterno, & ante aeternum nihil, &c. Dico, q̄ Deus potuit praedestinatum, nunquam praedestinasse, & hoc ab aeterno non ante aeternum, sicut enim ab aeterno praedestinavit ipsum, ita ab aeterno potuit non praedestinare, sic placet aliquibus dicere de ista quaestione.

Secunda opinio. Alijs vero videtur esse dicendum, q̄ Deus non potuit praedestinatum non praedestinare, innitentes rationi factae pro hac parte, & tamē possibile est praedestinatum salutem aeternam non consequi: sed haec possibilitas nunquam reducitur ad actum: quia consequentia necessaria est, praedestinatus est: ergo saluabitur. Quod autem possibile sit praedestinatum salutem aeternam non consequi, quamvis praedestinatus non potuerit non praedestinari. Declaratur sic. Praedestinatus adepturus est salutē aeternam mediantibus aliquibus causis secundis impediabilibus, vt mediante motu liberi arbitrij si est adultus, vel mediante susceptione sacramenti, si non est adultus, vel mediante sanctificatione per aliquam viam priuilegiatam. Ista autem impediri possunt, & ideo potest salutē aeternam non consequi. Ille ergo quem Deus praedestinavit, sic praedestinatus est, vt salutem aeternam consequatur contingenter. Unde, & certissime salutem aeternam consequetur, & tamen possibile est ipsum ipsam non consequi. Sic placet alijs dicere de hac quaestione, via tamen prior multis, & magnis videtur securior. Et haec de ista quaestione sine prauidicio, & sine temeraria assertione dicta sint.

Q V A E S T I O VII.

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

Utrum filius Dei potuisset assumere corpus sine anima.

Argum. I. **N**ON VIDETUR, quod non: quia nulla creatura capax est personalitatis, nisi rationalis creatura. Corpus autem sine anima non est rationalis creatura: ergo non est capax personalitatis: sed filius Dei non potuit assumere creaturam, nisi

assumendo eam in vnitate personae: ergo non potuit corpus sine anima assumere.

CONTRA, Aug. super Ioan. homelia. 47. post medium. Et refert etiam magister 3. sent. dist. 21. Mors ad tempus corpus, & animā separauit: sed neuter a verbo Dei: ergo postquam anima Domini nostri Iesu Christi fuit a corpore separata, adhuc corpus inanimatum remansit vnitum personae filij Dei: sed qua ratione corpus inanimatum vnitum remansit, eadem ratione corpus inanimatum de potestate absoluta assumere potuisset.

C O N C L U S I O.

Si potest Deus facere substantiam non in semetipso, sed in alio existere quid obstat quin corpus sine anima assumere potuerit?

AD I ST A M quaestionem respondeo, q̄ filius Dei de potestate absoluta assumere potuit corpus sine anima, magis tamen deuit, q̄ corpus animatum assumeret. Quod autem de potestate absoluta potuisset assumere corpus sine anima declaratur sic. Nulla creata substantia nata est existere in se, nisi per mantenentiam causae primae, haec propositio habetur ab Aug. super Gene. in pluribus locis. Habetur etiam ab Auic. 6. Meta. suae, vbi dicit, q̄ creatū eget datore sui esse, semper, & incessanter, quem diu habuerit esse: sed ita est, q̄ sicut influentia causae primae potest esse ad hoc, vt res maneat, & non, vt operetur, ita potest esse ad hoc, vt substantia existat in alio, & non existat in se ipsa, & si hoc esset, tunc non posset existere in semetipso, & posset existere in alio. Potuisset ergo filius Dei corpori inanimato suā influentiam subtrahere ad hoc, vt existeret in semetipso; ipsa tamen influentia assistente ad hoc, vt existeret in ipso filio, vt in supposito. Quod si fecisset corpus inanimatum assumptum, per hoc. n. nostram humanam naturam filius Dei assumpsit, quod ipsa in semetipso, vt in supposito substantificauit.

Argumentum pro parte ista concedo.

AD A R G V M E N T V M in oppositum respondendum est, dicis. n. q̄ nulla creatura capax est personalitatis, nisi creatura rationalis &c. Dico, q̄ haec est distinguenda. Si. n. ita intelligatur, q̄ nulla natura creata potest esse persona, nisi rationalis natura sit, verum est. Si autem intelligatur, q̄ nulla natura creata, nisi rationalis possit sustentari in persona sicut in supposito, sic falsum est. Si enim filius Dei assumpsisset corpus inanimatum, ipse qui est persona fuisset suppositum illius corporis inanimati, & tamen illud corpus inanimatum non fuisset persona, quamvis suppositum illius esset persona. Et haec de ista quaestione dicta sint.

gor in 23. dist. 1. & in 3. d. prima. In oppositum.

Responso.

Ad oppositum.



Q V A E S T I O VIII. CONSEQUENTER sequitur.

Vtrum persona filij Dei posset assumere simul plures naturas humanas.

Argum. I. T V I D E T V R, quod non: Quia tunc vna persona esset plures homines, quod videtur impossibile. In oppositum. C O N T R A, filius Dei est virtutis infinitae: ergo qua ratione assumpsit vnam naturam humanam potuit plures naturas humanas simul assumere.

C O N C L V S I O.

Si Dei filius, ita est hic totus, quod et alibi totus quid est, cur non possit ita esse totus suppositum alterius naturae humanae, sicut et totus, eius quam assumpsit?

Responsio. A D I S T A M quaestionem respondeo, quod de potestate absoluta filius Dei plures naturas humanas potuisset assumere si voluisset, & adhuc cum ista, quam assumpsit aliam posset assumere si vellet, & hoc propter sui simplicitatem, & immensitatem simul, sicut enim propter suam simplicitatem, & immensitatem simul est, ita hic totus, quod alibi totus, ita dico, quod propter suam simplicitatem, & immensitatem simul ita est totus suppositum istius naturae humanae, quam assumpsit, quod totus posset esse etiam suppositum alterius naturae humanae, ita natura humana, quam assumpsit sibi remanente vnita, vt modo est.

Argumentum pro parte ista concedo. A D A R G V M E N T V M in oppositum respondeo, cum enim dicis, quod si hoc esset factum, tunc filius Dei esset plures homines &c. Dico quod si filius Dei assumpsisset plures naturas humanas, quod tunc proprie loquendo non potuisset dici esse plures homines, nec vnus homo tantum, bene potuisset vere dici, filius Dei est iste vnus homo, designato ipso, vt est suppositum huius naturae. Item potuisset dici filius Dei est iste vnus homo designato ipso, vt esset suppositum alterius naturae humanae. Sed nec potuisset dici, quod esset plures homines, nec vnus homo tantum, & ratio haec est: quia nomine hominis intelligo naturam, & suppositum: ergo plurale ipsius hominis plurificat naturam, & suppositum: vnde cum esset vnus suppositum non posset dici plures homines, praeterea, quia esset plures naturae humanae, non posset dici vnus homo tantum. Et haec de ista, quaestione dicta sufficiant.

Q V A E S T I O IX.

C O N S E Q V E N T E R sequitur de Deo, per comparationem ad potentiam generandi.

Vtrum haec sit vera, Deus non genuit Deum.

T V I D E T V R, quod sic: quia Deus filius non genuit Deum patrem. In oppositum. C O N T R A, contradictoria eius est vera ista, scilicet, Deus genuit Deum: vnde in symbolo dicitur. Deum de Deo: Lumen de lumine.

C O N C L V S I O.

Cum constet hanc propositionem Deus non genuit Deum a veritate recedere, planum est etiam, quod et ista Deus non genuit Deum non est recipienda.

A D I S T A M quaestionem respondeo, quod ista non debet recipi, Deus non genuit Deum. Iste enim terminus, Deus: quamuis in hoc habeat aliquid de ratione termini communis: quia res significata per ipsum, predicabilis est de pluribus suppositis, scilicet, de patre, & filio, & spiritu sancto: tamen quia res significata per ipsum non est multiplicabilis, nec in re, nec in intellectu vere apprehendente rem significatam per hunc terminum Deus, dico, quod plus habet rationem termini singularis, & quia termino singulari, non differt negationem proponere, & postponere. (Vnde istae aequivalent, non sortis currit, & sortes non currit, & planum est, quod ista non est recipienda, non Deus genuit Deum,) sequitur, quod ista non sit recipienda, Deus non genuit Deum. Sensus enim est, quod nullum suppositum, quod est Deus generat alium suppositum, quod est Deus, quod falsum est, quia pater, qui est Deus generat filium, qui est Deus, ista tamen non Deus genuit Deum, magis expresse recedit a veritate, quam ista Deus non genuit Deum.

Argumentum pro parte ista est concedendum.

A D A R G V M E N T V M in oppositum. Respondeo. Cum enim dicis, quod Deus filius non genuit Deum Patrem, dico, quod verum est, sed ex hoc non sequitur, quod ista sit vera, Deus non genuit Deum. Ista enim plus negat, quam prima, non enim tantum negat Deum filium genuisse Deum Patrem: sed etiam negat Deum Patrem genuisse Deum filium, quod falsum est, pater enim, qui est Deus genuit filium, qui est Deus. Et haec de ista, quaestione dicta sufficiant.

Q V A E S T I O X.

C O N S E Q V E N T E R veniendum est ad quaestiones, quae fuerunt de Deo, ratione humanae naturae sibi vnitae, quae fuerunt tres. Vna scilicet de natura humana Iesu Christi per comparationem ad nutrimentum. Aliae duae fuerunt de natura humana Iesu Christi per comparationem ad Eucharistiae Sacramentum. De natura humana Iesu Christi per comparationem ad nutrimentum est haec.

Vtrum

Vtrum cibus qui transmutabatur in corpus Christi naturaliter, assumeretur a persona Domini nostri Iesu Christi.

Argum. I. T V I D E T V R, quod sic: quia naturaliter in carnem Christi conuertebatur cibus: ergo, & naturaliter mediante carne, in quam conuertebatur in verbo Dei sicut in supposito sustentabatur.

In oppositum. C O N T R A, substantificari creaturam in supposito diuino, supernaturale est creaturae non naturae.

C O N C L V S I O.

Caro Christi de nutrimento genita immediate diuino vniebatur supposito supernaturaliter tamen per nouam assumptionem assumebatur.

A D videntum veritatem huius quaestionis sic procedendum est. Primo videndum est qualiter cibus in carnem Domini nostri Iesu Christi naturaliter conuertebatur. Secundo, quod mediante toto suo caro in supposito filij Dei sustentabatur. Tertio, quod personae filij Dei immediate vniebatur. Quarto, ex his respondendum ad quaestionem.

Quod autem cibus in carnem Domini nostri Iesu Christi conuertetur, videtur ex hoc: quia naturam humanam eiusdem speciei nobiscum habuit, & virtutem nutritiuam eiusdem speciei. Ad virtutem autem nutritiuam spectat cibus conuertere in substantiam nutriti. Et secundum quod dicit Damascenus lib. 3. c. 14. quod diuina natura in Christo permittebat carni agere, & pati, propria ergo virtus nutritiua in corpore Domini nostri Iesu Christi cibus in substantiam corporis conuertebatur, & haec actio erat naturalis, & hoc de primo articulo dicta sint.

Secundo declarandum est, quod caro genita de nutrimento in corpore filij Dei mediante toto suo, sustentabatur in diuino supposito. Et hoc patet sic. Certum est enim, quod corpus filij Dei in diuino supposito sustentabatur: ergo nutrimentum, quod conuertebatur in ipsum postquam conuersum erat in corporis substantiam mediante ipso corpore sustentabatur etiam in supposito diuino, in quantum caro generata de nutrimento, quantum ad suum esse completum dependebat a sui existentia in toto, & haec sustentatio carnis generata de nutrimento, non erat per nouam actionem supernaturalem. Et haec de secundo articulo dicta sufficiant.

Consequenter videndum est, quod caro, quae est in corpore Domini nostri Iesu Christi generabatur de nutrimento, non tantummodo sustentabatur in supposito filij Dei mediante toto: sed etiam immediate sustentabatur in ipso. Quaelibet enim pars ipsius naturae humanae in Christo immediate vnita erat, & est diuino supposito. Vnde quamuis diuino supposito assumpsit corpus propter animam, & partes propter totum, & ita anima fuerit quoddam

medium congruitatis respectu vnionis corporis, & totum respectu vnionis partium, tamen sicut immediate anima sustentatur in verbo Dei, & partes corporis immediate sustentantur in verbo Dei, ita corpus immediate sustentatur in verbo Dei. Vnde cum caro genita de nutrimento post suam generationem, hoc est post conuersionem nutrimenti in carnem esset pars Domini nostri Iesu Christi, immediate diuino supposito vniebatur, & in eo immediate sicut in supposito sustentabatur: sed haec vnio immediata erat per nouam assumptionem, qua a verbo Dei supernaturaliter assumebatur, quamuis non assumeretur, nisi propter totum. Et hoc de tertio articulo dicta sint.

Quarto, ex his patet quid dicendum est ad quaestionem. Dicendum est enim, quod partes corporis Christi, quae fuerunt in eo per conuersionem nutrimenti in substantiam corporis, fuerunt sustentatae in supposito verbi Dei mediante suo toto non per nouam actionem supernaturalem: sed per illam assumptionem qua filius Dei assumpsit humanam naturam in ventre Virginis, quae actio fuit supernaturalis, & per naturalem conuersionem nutrimenti in substantiam illius corporis. Sed loquendo de illa vnione qua diuino supposito immediate vniebatur caro genita de nutrimento, sic dico, quod hoc erat per nouam actionem supernaturalem, hoc est per nouam assumptionem, qua a diuino verbo assumebatur, quamuis eam assumeret propter suum totum. Et per hoc patet quomodo responderi debeat ad argumenta ad vtranque partem.

Quartus Articulus. Responsio ad quaestionem.

Q V A E S T I O XI.

C O N S E Q V E N T E R veniendum est ad quaestiones, quae fuerunt de natura humana Domini nostri Iesu Christi, per comparationem ad Eucharistiae Sacramentum, quae fuerunt duae, vna fuit vtrum corpus Christi sit in altari secundum suam quantitatem naturalem. Secunda fuit vtrum illa opinio sit erronea, quae in Sacramento altaris ponit panis materiam remanere.

Vtrum corpus Christi, sit in altari, secundum suam quantitatem naturalem.

Argum. I. T V I D E T V R, quod non: quia est ibi, vt cibus spiritualis: ergo non est vtile, quod sit ibi secundum quantitatem naturalem.

In oppositum. C O N T R A, corpus Christi in Sacramento altaris est corpus viuens organicum. Haec autem includunt naturalem quantitatem: ergo corpus Christi est in altari secundum suam quantitatem naturalem.

C O N C L V S I O.

Cum quantitas naturalis nullo modo sit a corpore separata Christi corpus in Sacramento altaris eius sua quantitate necessario erit.

A D

De articulo  
lato que-  
stionis.

AD videndum veritatem huius questionis plenius. Primo videndum est in quid transubstantiatur substantia panis. Secundo in quid transubstantiatur substantia vini. Tertio concludam sub utraque specie esse totum Christum cum dimensionibus suis. Quarto declarandum est per quem modum dimensiones ille se se habent ad illas species.

Primus  
Articulus

Quantum spectat ad primum articulum dico, quod in Sacramento altaris substantia panis transubstantiatur in substantiam corporis Domini nostri Iesu Christi, non in animam intellectualem: sed quia substantia Domini nostri Iesu Christi, non est separata a suis dimensionibus naturalibus, nec unquam fuit separata ab anima post resurrectionem, & habet in se debitum sanguinem, ideo sub specie panis non tantum est substantia corporis: sed etiam sanguinis, & anima, & dimensiones naturales, sed substantia corporis ibi est per transubstantiationem substantie panis in ipsam, sanguis vero, & anima, & sua quantitas naturalis ibi sunt per concomitantiam. Et hoc de primo articulo dicta sufficiant.

Secundus  
Articulus.

Quantum spectat ad secundum articulum ad presens dico, quod substantia vini in Sacramento altaris transubstantiatur in sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non in dimensiones, neque in animam. Et quia ille sanguis, continetur intra corpus Domini nostri Iesu Christi, ideo etiam sub specie vini est corpus Domini nostri Iesu Christi, & quia non separatur a sua quantitate naturali, ideo est etiam ibi quantitas naturalis Domini nostri Iesu Christi, & quia anima Domini nostri Iesu Christi est suo corpori coniuncta, ideo etiam sub specie vini est anima Domini nostri Iesu Christi, sub specie ergo vini non tantum est sanguis: sed etiam corpus, & anima, & quantitas naturalis ipsius corporis: sed ibi est sanguis per conversionem substantie vini in ipsum, corpus autem, & anima, & quantitas naturalis ipsius corporis per concomitantiam ibi sunt. Unde si in triduo mortis Iesu Christi aliquis sacerdos consecrasset, ita fuisset sub specie panis corpus Domini nostri Iesu Christi, quod non fuisset ibi anima: quia erat a corpore separata, nec etiam sub specie vini per transmutationem substantie panis in ipsam: sed per concomitantiam, ut ante dictum est. Et hoc de secundo articulo dicta sint.

Tertius  
Articulus.

Tertio ex his potest concludi faciliter totum Christum esse sub specie panis in Sacramento altaris cum sua quantitate naturali: quia sub specie panis est substantia corporis Christi, per conversionem substantie panis in ipsam. Sanguis autem: quia continetur intra corpus, & anima, quae est corpori coniuncta, & quantitas naturalis: quia non est a corpore separata sunt ibi per concomitantiam, & persona diuina, cui etiam substantia corporis est unita, quamvis etiam si persona diuina non esset,

ibi per concomitantiam, tamen esset ibi tota propter simplicitatem, & immensitatem suam propter, quae ubique tota est, sub specie: ergo panis in Sacramento altaris est totus Christus cum sua quantitate naturali, similiter sub specie vini: quia substantia vini convertitur in sanguinem corporis Domini nostri Iesu Christi: unde sanguis ibi est per conversionem substantie vini in ipsum: & quia ille sanguis continetur intra corpus, cui coniuncta est anima, & quod non est a sua quantitate naturali separatum, ideo corpus, & anima, & quantitas corporis naturalis ibi sunt per concomitantiam, & quia corpus, & anima unita sunt personae filij Dei, ideo etiam persona filij Dei ibi est per concomitantiam, quamvis si non esset ibi per concomitantiam, esset tamen ibi tota propter simplicitatem, & immensitatem suam, & sic patet, quod sub utraque specie, hoc est, & sub specie panis, & sub specie vini est totum corpus Christi cum naturali quantitate corporis sui. Unde Magister lib. 4. sent. dist. 9. & 11. dicit, quod sub utraque specie sumitur totus Christus. Et haec de tertio articulo dicta sint.

Quarto declarandum est, quomodo dimensiones corporis Christi se habent ad illas species in Sacramento altaris.

Quartus  
Articulus.

Aid cuius evidentiam intelligendum est, quod non sic se habent ad illas species, sicut quantitas naturalis corporis se habet ad locum, naturalis enim quantitas corporis locati commensuratur quantitati loci, ita ut partes partibus respondeant, & circumscribitur quantitas locati a loco, & hoc est, quia substantia corporis locati applicatur loco dimensionaliter per suam quantitatem. Quantitas autem corporis Domini nostri Iesu Christi in Sacramento altaris non commensuratur quantitati illarum specierum, nec pars respondet parti. Unde corpus Domini nostri Iesu Christi, in Sacramento altaris ab illis speciebus non circumscribitur: sed sub qualibet parte illarum specierum est totum corpus Domini nostri Iesu Christi, & tota sua quantitas naturalis. Substantia enim corporis non est sub illis speciebus per suam quantitatem: sed quantitas ibi est per substantiam, ut declaratum est superius. Et ideo non oportet, quod quantitas naturalis corporis Domini nostri Iesu Christi, a quantitate illarum specierum circumscribatur, nec quod eis commensuretur. Ex praedictis patet, quod corpus Domini nostri Iesu Christi, est in altari cum sua quantitate naturali, & per quem modum.

Quantitas  
quo est in  
corpore na-  
turali, &  
quo in Ene-  
charistia.

Argumentum pro parte ista gratia conclusionis concedatur.

Responsio  
questionis.

AD ARGUMENTUM in oppositum respondeo. Cum enim dicis, quod corpus Christi est in Sacramento altaris, ut cibus spiritualis, dico, quod si intelligas, quod est cibus animam spiritualiter reficiens, verum est: sed si intelligas, quod Christus, ut est sub Sacramento altaris

Ad opposi-  
tum.

Ad argum.

altaris sit res spiritualis, ita, quod nullo modo corporalis, falsum est: quia ibi est, & anima, & corpus cum naturali quantitate, ut visum est. Et si queras ad quid utile est, quod ibi sit quantitas corporis, dico, quod est ibi propter perfectionem illius corporis, cuius perfectio in esse quantitatem naturalem requirit. Et haec de ista questione dicta sufficiant.

Q V A E S T I O XII.

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

Utrum illa opinio sit erronea, quae dicit materiam panis remanere in Sacramento altaris.

Argum. 1.  
T. c. 17.

**RE**SPONDETUR, quod non: quia secundum philo. 1. meta. secundum antiquam translationem. Materia de se nec est qualis, nec quanta: ergo nec demonstratur per hoc pronomen hoc: quia non videtur demonstrare, nisi quale, vel quantum. Sed illud, quod non demonstratur per hoc pronomen hoc, non transubstantiatur: ergo materia panis non transubstantiatur in corpus Christi: ergo remanet.

In opposi-  
tum.

C O N T R A, contrarium tenetur a magistris, qui illam opinionem refutant sicut erroneam.

C O N C L U S I O.

Si (ut verum est) compositum ex materia, & forma panis transubstantiatur, qui fieri potest, ut opinio dicentium materiam panis in Sacramento altaris remanere non sit erronea?

Responsio.

A D I S T A M questionem respondeo, quod illa opinio, quae ponit in Sacramento altaris materiam panis remanere, & non transubstantiari in materiam corporis Christi erronea est.

De articulo  
lato que-  
stionis.

Et primo declarandum est, quod sit erronea.

Primus  
Articulus.

Secundo remouendum est quoddam motuum, quod alios posset mouere ad contrarium.

T. c. 95.

Quod autem sit erronea illa opinio ego probo sic. Dicit enim philo. 1. celi, & mundi, quod quando dicimus caelum sermone absoluto est aliud, quam cum dicimus hoc caelum, per sermonem autem nostrum hoc caelum non significamus, nisi formam cum materia. Dicit etiam alibi primo celi, & mundi. Quod omne sensibile non est sensibile, nisi per materiam. Ex hoc arguo sic, hoc pronomen hoc demonstrat formam cum materia, hoc est compositum ex materia, & forma per auctoritatem philosophi praallegaram: sed illud de pane transubstantiatur, quod per hoc pronomen hoc demonstratur: ergo compositum ex materia, & forma panis transubstantiatur: qui ergo dicit materiam panis remanere, dicit contra verita-

T. c. 98.

tem transubstantiationis, quam habemus per Euangelium. Et ideo talis errat.

Præterea tenet communis opinio magistrorum, & sancti, & Romana Ecclesia, quod ibi sunt accidentia sine subiecto, quod non esset usquequaque; verum si remaneret materia panis, ut aliis quibus videtur. Cum tamen alij hoc argumentum non approbent eo, quod sicut ipsa dicunt materiam sine substantiali forma, esto, quod esset actu, non tamen posset esse aliquorum accidentium subiectum. Et haec de primo articulo dicta sint.

Matth. 26.  
Marc. 14.  
Luc. 22.

Secundus  
Articulus.

Consequenter remouendum est quoddam morium, quod multum posset mouere ad contrarium. Videmus enim, quod illud, quod remanet de substantia panis potest nutrire, ex hoc etiam, quod remanet de substantia panis possunt vermes generari. Videmus etiam illa accidentia suam naturalem actionem habere. Pura autem accidentia naturaliter nutrire non possunt, nec ex puris accidentibus naturaliter vermes generari: quia accidentia non sunt in potentia ad formam carnis, neque ad formam vermum. Illud autem, quod naturaliter nutrit, est in potentia ad formam carnis, & illud ex quo naturaliter possunt vermes generari, est in potentia ad formam vermum, materia autem est, quae est in potentia ad has formas, quae propter videtur aliquibus, quod materia ibi remaneat. Et præterea, quia accidentia non agunt, nisi in virtute substantiae, & quia videtur illa accidentia habere suam actionem naturalem possunt extimare, quod aliquid de substantia panis remaneat, ex quo ergo forma panis non remanet, estimant materiam remanere.

Motiva pro  
opinionem  
erroneam.

Sed ista motiva non debent inducere hominem ad credendum, quod ibi materia panis remaneat: quia ex hoc, quod remaneat post transubstantiationem, possunt vermes generari, & posset homo nutrir, quamvis totum, quod fuit de substantia panis transubstantiatum sit in corpus Christi, ita, quod nihil de substantia panis remaneat, & possunt accidentia habere suam naturalem operationem. Quod enim vermes possunt generari de illis speciebus, & quod ille species possunt nutrire, non est possibile per aliam viam, vel modum, (ut aliqui dicunt,) nisi per hoc, quod substantia reuertitur sub illis speciebus per diuinam potentiam, ita, quod vermes non generantur de speciebus: sed de illa substantia, quam Deus sub illis speciebus creat, siue sit eadem numero, siue alia. Videtur etiam eis, quod per istam viam nutrire possunt, & non per aliam: quia secundum philo. 2. de anima. Quod nutrit carnem est in potentia caro: quia cum caro sit substantia, tunc accidens esset in potentia ad substantiam, quod impossibile videtur.

Responsio ad  
supradictam  
motiva in  
prima primam  
opinionem.

T. c. 46.

Alij tamen non videtur hoc oportere dicere, fundantes se super unum, quod ego dixi, & declaravi in quadam questione, quam disputaui,

Secunda  
opinio.

taui, quæ talis est. Vtrum angeli imprimant formas corruptibiles in materia, vel educantur per naturam de potentia materiæ, in quodam enim argumento illius quæstionis declaravi in rebus corruptibilibus esse quoddam principium purum potentiale, quod est per naturam transmutabile in formam, cui principio potenciali non debetur aliqua actualitas propria. Sed pro tanto dicimus, quod est, eo quod annexum est actualitati alienæ, & fuit ibi declaratum, quod illud principium purum potentiale non est materia, quæ est transmutationis uniuersale fundamentum: quia illa dicit infimum actualitatis gradum. Fuit etiam ibi declaratum, & probatum, quod non est de substantia illius rei, cui annexum est. Vnde principium purum possibile, quod est in esse aeris ad formam ignis, vel aliquam formam non est de essentia aeris, imo est aliquid quod requiritur ad naturalem aeris corruptionem. Similiter principium pure possibile, quod est in substantia ignis, ad formam aeris non est de substantia ignis, & hæc omnia inuenias in illa quæstione declarata, & probata. Nunc ergo dicunt ipsi, sicut videmus in substantia concreatum esse principium pure possibile, quod naturaliter est transmutabile in formam, ita possibile est, quod concreatur, vel concreatum sit accidentibus principium purum possibile, quod per naturam sit transmutabile in totam substantiam actualitatem: sed accidentia naturaliter possent per se existere, quamuis ergo (dicunt ipsi) accidentia existant in Sacramento altaris per se non naturaliter: sed supernaturaliter, tamen dicunt ipsi, quod est eis annexum principium pure possibile ad totam actualitatem substantiæ, & ad illam actualitatem, quam dicimus formam, & ad illum infimum gradum actualitatis, quem dicimus materiam, ideo potest dici eis naturaliter generari tota actualitas substantiæ, quantum ad materiam, & quantum ad formam. Quod autem accidentia per se existant, supernaturale est: sed quod de illis possint vermes generari ratione illius principij pure possibilis, hoc est naturale, & per istam viam etiam naturaliter nutrire possunt. Et ut iam declaratum est, quamuis in transubstantiatione nihil remaneat de substantia panis, vel vini, tamen illud principium purum possibile remanere potest: quia ut declaratum est de substantia panis, vel vini non erat, vel in illa transubstantiatione potest illud principium pure possibile per creationem illis accidentibus conuerti. Sic videtur quibusdam dicendum, quorum opinionem, nec approbo, nec reprobo.

Ad aliam instantiam, in qua diebus, quod illa accidentia habent suam naturalem operationem, dico, quod verum est: quia quamuis sit miraculum, quod sic per se existunt, tamen quod sic per se existentia suam operationem habeant, nouum miraculum non est. Et cum

dicis, quod accidentia operantur in virtute substantiæ, dicunt quidam, quod quamuis nihil remaneat de substantia panis, vel vini, tamen in speciebus panis remanet, quædam virtus actiua substantiæ panis, quæ est res differens ab ipsis accidentibus, & sub speciebus vini remanet, quædam virtus actiua substantiæ vini, quæ est res differens ab ipsis accidentibus vini, & per illam virtutem illa accidentia possunt habere suam operationem naturalem. Ego autem non video, quomodo ibi remaneat aliqua actiua virtus substantiæ, quæ non sit accidens. Vnde, quod accidentia dicuntur operari in virtute substantiæ, hoc est: quia non possunt operari, nisi si sint, & naturaliter non possunt esse, nisi per substantiam, & quia accidentia ipsa sunt, quædam virtutes substantiæ, videtur ergo mihi, quod accidentia in Sacramento altaris non dicuntur operari in virtute substantiæ: quia sint per aliquam substantiam: quia illa accidentia sunt sine subiecto, nec quia ibi remaneat aliqua virtus substantiæ, quæ non sit accidens: sed quia ipsa accidentia sunt, quædam virtutes substantiæ, quæ per miraculum existunt sine substantia, cuius fuerunt virtutes, & hæc de secundo articulo dicta sint.

Sic ergo patet quid dicendum ad quæstionem: quia concedendum est illam opinionem esse erroneam, quæ dicit materiam panis remanere in Sacramento altaris, loquendo proprie de materia, quæ est subiectum transmutationis naturalis, & de essentia illius compositi in quo est, hoc dico ad excludendum illud principium purum possibile, de quo locutus sum supra, quod nec est fundamentum transmutationis nec de essentia illius compositi in quo est, nec proprie potest dici materia, quamuis aliqui abusive, & nimis extendendo nomen materiæ vellent forte ipsum vocare materiam ratione possibilitatis.

ARGUMENTVM pro parte ista gratia conclusionis concedo.

Ad illud, quod arguebatur in oppositum respondeo, quod cum dicitur, hoc est enim corpus meum, quod per hoc pro nomen hoc, bene demonstratur substantia panis, quæ sub illis accidentibus sensibilibus existeret. Et hoc de ista quæstione sine præiudicio, & temeraria asseritione dicta sint.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER veniendum est ad quæstiones, quæ fuerunt de creaturis, quarum, quædam fuerunt spectantes ad scientiam speculatiuam, quædam ad practicam. Spectantes autem ad scientiam speculatiuam, fuerunt nomen. Prima fuit, vtrum plures mundos esse simul, includat contradictionem. Secunda vtrum quantitas dicat rem aliquam ultra substantiam, cuius est quantitas. Tertia vtrum causa precisa, quare duo corpora non possunt esse simul, sit di-

Conclusio quæstionis.

Ad oppositum. Ad argum.

fit dimensio. Quarta vtrum faba ascendens lapidi molari obuians descendentem quiescat. Quinta vtrum in comestione debeant præponi grossa, aut subtilia. Sexta vtrum melius sint dispositi ad scientiam nani, quam gigantes. Septima vtrum anima semper se intelligat. Octaua vtrum virtus moralis habeat esse in appetitu sensitivo, sicut in subiecto. Nona posito, quod in cæna Christus transmutasset corpus Petri in corpus suum. Vtrum illud, quod de Petro remansisset fuisset viuens.

Q V A E S T I O I.

Vtrum plures mundos esse simul, includat contradictionem.

Argum. I.

**V**IDE TUR, quod sic: Per physico. I. celi, & mundi. t. c. 79. quia tunc eadem terra simul moueretur ad centrum istius mundi, & ad centrum alterius mundi, quod contradictionem includit.

In oppositum.

**C**ONTRA, æque est facile Deo creare simul duos mundos, sicut duas animas: sed illud non implicat contradictionem: ergo neque illud.

C O N C L V S I O.

Per potentiam diuinam cui neque ratio rei de qua mundus fieret (fieri enim ex nihilo) nec ratio receptiui resistere possunt plures mundi simul esse possunt.

Responsio.

AD ISTAM quæstionem respondeo duos mundos simul esse per diuinam potentiam, nullam includit contradictionem, vocando mundum non uniuersitatem creaturarum: quia sic accipiendo mundum, & si faceret Deus unam aliam circumferentiam, nec contentam ab ista, nec continentem istam, continentem tamen creaturas, sicut eiusdem speciei cum creaturis, quæ continentur ab ista circumferentia, siue alterius speciei, adhuc esset una uniuersitas creaturarum, in quantum omnes haberent idem principium, & eundem finem: sed vocando mundum uniuersitatem creaturarum contentarum intra unam circumferentiam continentem, & ipsam circumferentiam taliter continet, sic dico, quod Deus posset facere plures mundos simul. Posset enim Deus facere aliam circumferentiam ab ista, quæ nec istam contineret, nec esset contenta ab ista, & eam replere creaturis, etiam eiusdem speciei cum creaturis, quæ continentur ab ista circumferentia durante ista circumferentia cum creaturis contentis ab ipsa.

Plures mundos esse non includit contradictionem.

Et hoc patet sic. Quia non est repugnantia, nec ratio rei, de qua fit, quia non fit de aliquo. Vnde factum isto mundo non de aliquo, non propter hoc potest dici, quod minus posuit a Deo fieri alius mundus ratione rei de qua fit. Nec ratione receptiui: quia iste mundus, quantum ad sui totalitatem non est receptus in aliquo spatio, quamuis partes mundi in aliquo spatio sint, quæ partes inquam contentæ infra vltimam superficiem celi empyrei, tamen non potest dici, quod ipse mundus secundum se totum, sit receptus in aliquo spatio: quia ultra celum empyreum nullum est spacium. Ante etiam creationem mundi, nullum erat spacium in quo receptur: vnde phylo. 4. physie. dicit, quod celum non est in alio terminato: ergo isto mundo non propter hoc, minus est possibile ratione receptiua creati a Deo alium mundum.

Nec etiam ratione potentie Dei: quia cum potentia Dei sit infinita, & iste mundus finitus, impossibile est, quod adæquet diuinam potentiam. Vnde isto mundo creato non propter hoc minus est potens diuina potentia, quantum est ex parte sua creare alium mundum. Non est ergo repugnantia ratione diuinæ potentie, quantum est ex parte sua ratione creationis alterius mundi, nec etiam ratione verarum creaturarum, quæ essent in illis mundis, etiam si essent eiusdem speciei. Et dico, quod terra huius mundi naturaliter tenderet ad centrum huius mundi, & naturaliter quiesceret in eo, nec tenderet ad centrum illius mundi. Similiter terra alterius mundi naturaliter tenderet ad centrum illius mundi, & naturaliter quiesceret in eo, nec tenderet ad centrum istius mundi: quia quamuis centrum illius mundi, & istius mundi æque essent conuenientia isti terræ, & illi, pro tanto, quod si ista terra esset in centro alterius mundi, naturaliter ibi quiesceret, & si terra illius mundi esset in centro istius mundi, naturaliter ibi quiesceret, sicut modo quiescit, tamen ex quo illa terra esset in centro illius mundi naturaliter ibi quiesceret, sicut ista terra in centro istius mundi, sicut potes videre per aliquam manuactionem exemplarē: si enim essent duo loca alicui creaturæ naturaliter operanti penitus indifferentia, quocumque illorum primo collocaretur, ibi quiesceret, nec ad alium tenderet.

ARGUMENTVM pro parte ista gratia conclusionis concedo.

AD ARGUMENTVM in oppositum. Respondeo, & dico, quod auctoritas philosophi sic debet gloriari, ut sic intelligatur, quod non possunt esse plures mundi, loquendo per naturam, aliter enim veritatem non diceret, & ratio sua, quam facit solui posset, per illud, quod versus finem corporis quæstionis dictum est. Vnde, quod per diuinam potentiam posset esse mundus alius non videtur fuisse contra mentem philosophi, nec videtur fuisse intentionis suæ, hoc negare, quod patet, quod ipse vult, quod ratio quare non possunt esse plures soles, vel plures mundi est: quia iste sol constitat ex tota sua materia, & iste mundus ex tota sua materia. Hoc est dictum: quia extra istum solem non est materia, quæ fit naturaliter in potentia ad formam solis: nec extra mundum est materia, quæ fit in potentia ad formam mundi. Et quia natura

T. c. 45. Diuersitate potentium qualiter celum fit in loco, vide expositores supra hunc locum phylo. cum phylo. Sopi allegatum a Doctor.

Ad oppositum.

Plures mundos esse non includit contradictionem.



tura creata non potest producere nouam materiam: quia hoc est fundamentum, quod in sua operatione praesupponit, ideo bene verum est, quod non possunt esse naturaliter plures mundi. Cum ergo Deus propter infinitatem suae potentiae de nouo posset creare materiam ad formam solis, & materiam ad formam alterius mundi similis istis, est dicere, quod Deus posset creare alterum solem, & alterum mundum, non contradicit illi rationi, per quam philosophus concessit alium mundum non posse fieri: quia & si non sit possibile alium mundum esse per naturam creatam, possibile tamen est per diuinam potentiam: Et haec de ista quaestione dicta sufficiant.

QVAESTIO II.

CONSEQUENTER sequitur.

*Vtrum quantitas dicat rem aliquam ultra substantiam, cuius est quantitas, loquendo de re absoluta.*

**Argum. 1.** **VIDETUR**, quod non: quia sicut se habet figura ad quantitatem, ita videtur se habere quantitas ad substantiam. Sed figura nihil reale absolutum addit super quantitatem: quia tunc diuina potentia posset separare vnum ab alio, quod non videtur: quia rationem possibilitatis non habet: ergo videtur, quod quantitas non dicat rem aliquam absolutam ultra substantiam cuius est quantitas.

**CONTRA**, sicut se habet continua quantitas permanens ad substantiam, ita se habet continua quantitas successiua ad ipsum motum: sed continua quantitas successiua est res alia, quam sit ipse motus: ergo continua quantitas permanens, est res alia a substantia.

CONCLUSIO.

*Cum id, quod alicui rei aduenire, & recedere potest dicat aliquid ultra rem illam planum utiq; est, quod quantitas ultra substantiam rem aliquam dicit. Est enim ei accidens absolutum.*

**AD ISTAM** quaestionem respondeo, quod quantitas dicit rem absolutam aliam a substantia, cuius est quantitas.

Et hoc primo probandum est per theologiam: secundo per prophetiam: tertio ponenda est opinio illorum qui tenent partem contrariam, & quarto remouendum est impedimentum, quo mouentur ad sic ponendum.

Per theologiam sic probo propositum. Videmus enim, quod in Sacramento altaris remanet quantitas panis sine substantia panis, quod esse non posset, nisi quantitas panis diceret ali-

quam rem absolutam aliam a substantia panis. Si forte dicas, quod illa quantitas, quae remanet non est aliud, quam ipsa qualitas, in quantum est habens partem extra partem, sicut quantitas, quae realiter idem est cum substantia in re absoluta, idem est, quod substantia, in quantum est habens partem extra partem, & sic nihil aliud poterit habere, nisi, quod quantitas in re absoluta differt a substantia.

Contra hanc euasione[m] arguo sic per philosophum 1. phy. Quantitati debetur partibilitas secundum se: qualitati vero secundum accidens: sed secundum illam euasione[m] qualitati deberetur partibilitas, secundum se: quia ponit, quod illa quantitas, quae remanet in Sacramento altaris sine substantia panis idem est, quod ipsa qualitas, ut est habens partem extra partem: unde planum est, quod illa euasio ponit contrarium philosophiae, & theologiae.

Præterea in hoc concordant omnes philosophi, & plures soliditates non possunt simul esse naturaliter: sed secundum illam euasione[m], plures soliditates simul essent naturaliter in pane, & in quacunq; alia substantia quanta, quod patet, quia secundum illam euasione[m], soliditas, quae est idem re absoluta cum substantia, idem est, quod ipsa substantia, ut habens partem extra partem secundum terminos longitudinis, latitudinis, & profunditatis. Quot ergo ibi sunt qualitates extensae, tot ibi soliditates. Qua enim ratione albedo panis, ut habens partem extra partem secundum terminos longitudinis, latitudinis, & profunditatis est soliditas: eadem ratione sapor panis, qui est alia qualitas, est soliditas, prout est habens partem extra partem secundum terminos longitudinis, latitudinis, & profunditatis cum ergo in pane simul sint substantia, sapor, & color, in pane simul naturaliter tres soliditates, scilicet, soliditas, quae est idem re absoluta cum ipsa substantia panis prout est habens partem extra partem, secundum praedictos tres terminos: & soliditas, quae est idem re absoluta, quod sapor est, ut habens partem extra partem secundum praedictos tres terminos: & soliditas, quae est idem re absoluta, quod color, prout est habens partem extra partem secundum praedictos tres terminos, quarum soliditatum duo simul remanerent in Sacramento altaris. s. soliditas, quae est idem re absoluta, quod sapor, & soliditas, quae est idem re absoluta, quod color. Vides ergo, quod illa euasio magnam absurditatem contra philosophiam ponit, & veritati, quam tenet S. Ecclesia de Sacramento altaris, derogat, cum firmissime tenet sancta Ecclesia, & firmiter debemus tenere cum ea, quod in Sacramento altaris remanet per diuinam potentiam quantitas, sine substantia panis, & vini, haec etiam quantitas panis sine substantia panis, & quantitas vini sine substantia vini. Haec de primo articulo dicta sint.

*Euaſio.*

*Instantia. T. c. 14.*

*Arist. 2. de anima. T. c. 69.*

*Secundus articulus. C. de accidente.*

*Ex 8. phy. c. 55. & 4. cap. 81. & mds.*

*Tempus est quantitas motus.*

*T. c. 87 & 88.*

*Et Scot. 5. met. 9. 9.*

*Tertius articulus. Opinio contraria.*

Secundo declarandum est propositum per viam pure phylo. causa. Dicit n. Porphyrius: Quod accidens est, quod adest, & abest praeter subiecti corruptionem: sed ipsa quantitas adest, & abest quod substantiae, cuius est quantitas praeter illius substantiae corruptionem: ergo quantitas est quoddam accidens substantiae, cuius est quantitas. Accidens autem non est idem re cum substantia: ergo quantitas dicit rem aliam a substantia: minor patet, certum est enim, quod rarum est illud, in quo sub magna quantitate minus est de materia, & densum in quo sub parua quantitate multum est de materia. Videmus autem quandoq; substantiam raram condensari substantiam manente salua, & etiam densam rarefieri. Certum est autem, quod in condensatione quantitas diminuitur, quod fit per corruptionem alicuius partis quantitatis. In rarefactione autem quantitas crescit, & sic patet, quod substantia manente salua, conuenit sibi aduenire, & recedere aliquam quantitate[m]: quantitas ergo est accidens eius. Et constat, quod non est accidens, quod est relatio, cum philosophus ipsam distinguit contra relationem in praesentis. Restat ergo, quod sit substantiae quoddam accidens absolutum: sed accidens absolutum ipsius substantiae dicit rem absolutam aliam a substantia. Restat ergo, quod quantitas dicit rem absolutam aliam a substantia, cuius est quantitas.

Præterea tempus est quantitas ipsius motus; quod potest probari per Auic. suo lib. physic. 7. c. 13. dicentem sic. Non est n. tempus aliquid cui accidat continuatio propria illi, imo ipsum est ipsa continuatio, & constat, quod non est continuatio alicuius, nisi motus: ergo tempus est quantitas continua ipsius motus. Sed tempus realiter differt a motu, quod patet per philosopho. dicentem 4. metaphy. quod tempus non est motus, sed aliquid ipsius motus. Hoc etiam patet aliter: quia motum maiorem, quandoq; videmus fieri tempore minori. Vnde motus per vnâ[m] leucam, qui maior est, quam motus per dimidiam leucam, quandoq; fit in minori tempore quod non esset verum, si idem esset realiter tempus, & motus. Restat ergo, quod quantitas continua ipsius motus dicit rem absolutam, aliam ab ipso motu cuius est quantitas: ergo similiter, & quantitas continua ipsius substantiae dicit rem absolutam, aliam a substantia, cuius est quantitas. Et huic bene concordat philo. qui in predicamentis ubi tractat de decem primis generibus rerum, substantiam contra quantitatem distinguit. Et haec de secundo articulo dicta sufficiant.

Tertio ponenda est opinio illorum qui tenent partem contrariam, quae talis est, quod quantitas super substantiam cuius est quantitas non addit, nisi modum se habendi in ipsis partibus, qui modus se habendi est, ut pars sit extra partem. Vnde dicunt, quod ipsa quantitas est sub-

stantia sub tali modo extra partem se habendi, scilicet, ut habens partem extra partem non discontinuatas abinuicem, & sic dicunt quod quantitas super substantiam, cuius est quantitas non addit rem aliquam absolutam.

Et ratio eorum est: quia si quantitas diceret aliquid super corpus, quod est substantia, tunc posset intelligi substantia, quae est corpus praeter quantitatem, quod nullo modo est possibile: quia cum per intellectum separat substantiam a quantitate non cadit apprehensio; intus tantum super rem corpoream: sed super rem spiritua[m], ut videtur.

Præterea si quantitas esset aliqua res absoluta super substantiam cuius est quantitas, cum illa quantitas non posset esse aliud, quam continuitas substantiae, tunc continuitas substantiae esset aliqua res absoluta alia a substantia cuius est continuitas substantiae: sed hoc est falsum, ut ostenditur: ergo quantitas substantiae non est aliqua res absoluta, alia a substantia cuius est quantitas. Quod autem continuitas substantiae, non sit aliqua res absoluta a substantia, cuius est continuitas, probant sic: quia substantia continua vna est numero per suam continuitatem; substantia autem est vna numero per semetipsam non per aliquod accidens, secundum doctrinam philosophi. 4. metaphy. & secundum doctrinam Commenta. sui qui super: 4. metaphysic. reprehendit Auicennam contrarium dicentem: ergo substantia continua est continua per seipsam. Sua ergo continuitas non dicit rem absolutam aliam ab ipsa.

Præterea si ipsa quantitas diceret rem absolutam aliam ab ipsa substantia, aut esset quid prius ordine naturae, quam positio partis substantiae extra partem, aut quid posterius, sed non prius: quia continuitas substantiae, vel eius quantitas praesupponit illud in quo est habere partem extra partem, sicut aliquid differens ab ea: nec posset dici aliquid posterius, quia substantia non potest habere partem extra partem, nisi per quantitatem, & sic si quantitas esset, quid differens a substantia quanta, quantitas esset causa huius, quod est habere partem extra partem, aliquid causarum ab eo. Restat ergo, ut istis videtur, quod quantitas non possit esse aliqua res absoluta alia a substantia, cuius est quantitas.

Præterea dicunt, quod motus non differt in re absoluta a sua continuitate, imo continuitas est de essentia ipsius motus, ita, quod nullo modo potest intelligi motus sine continuitate: ergo similiter, videtur, quod continuitas substantiae est ipsamet substantia, ratione differens, vel de essentia eius: continuitas ergo substantiae non dicit aliquam rem absolutam ultra substantiam, cuius est continuitas: sed quantitas substantiae est continuitas eius: ergo quantitas substantiae non dicit aliquam rem absolutam ultra substantiam, cuius est quantitas.

*Eius primū motuum.*

*Secundum motuum.*

*T. c. 4. Vbi supra.*

*Tertium.*

*Quartum.*

tra substantiam, cuius est quantitas, & sic posita sunt quatuor motiua pro opinione illorum, qui tenent partem opinionis contrarię. Et hec de tertio articulo quęstionis dicta sint.

Quartus Articulus.

Quarto remouendum est impedimentum quo mouentur ad sic ponendum, hoc est dissol uenda sunt quatuor motiua supra posita pro opinione illorum. Et hoc sufficit. Non enim oportet de nouo improbare eorum opinio nem, cum sufficienter superius sit improbata in primo articulo, & secundo per hoc, quod in illis probatur, quod quantitas dicit rem abso lutam aliam a substantia cuius est quanti tas, in quo satis contraria opinio improba ta est.

Ad primū motiū re sponso.

Motiuum autem, quod primo allegatum est pro opinione illorum, qui dicunt quantita tem non dicere aliquam rem absolutam super substantiam cuius est quantitas, parum valet. Substantia enim, quę est corpus per intelle ctum abstracta a quantitate non intelligitur, vt quid extensum: sed vt quid extensibile. Vnde non intelligitur, vt spiritus: quia spiritus non est aliquid extensum, nec extensibile. Substantia autem corporea, quantitate cir cumscripta per intellectum, intelligitur, vt quid extensibile non extensum. Cum autem intelligitur, vt sub quantitate continua, intelli gitur in actu extensa.

Ad secundū.

Secundum motiuum non multum valet, quamuis enim concedatur, quod quantitas substantię corporeę sit eius continuitas, non propter hoc habent propositum suum, quare ipsa continuitas substantię res absoluta est alia a substantia, cuius est continuitas. Sed non est concedendum substantiam esse vnam numero vnitatem substantiali per illam conti nuitatem: sed per essentiam suam. Vnde si per diuinam potentiam separaretur substantia cō tinua a sua continuitate, ita, quod remaneret extensibilis, non extensa, adhuc esset vna nume ro vnitatem substantiali per essentiam suam sub ratione quę indiuisa, vel sub ratione qua indiuisibilis in plures substantias tales: vnitas autem in numero, quę debetur substantię con tinuę per suam continuitatem, vnitas est acci dentalis.

Ad tertium.

Tertium etiam motiuum non multum valet. Ipsa enim continuitas posterius est ordine nature, quā substantiam habere partem extra partem. Est enim continuitas partium extra se inuicem positarum. Vnde prius ordine nature est substantia possibilis ad habendam partem extra partem, & ex hoc est extensibi lis actu habens partem extra partem extensi uam, vel continuam, hic videtur ordo secun dum naturam.

Ad quartū.

Quartum motiuum non sufficiens est. Nomen enim motus imponitur ad significandū intentionem sub continuitate, & ideo illud, quod significat ipse motus præter continuita-

tem, non intelligitur: tamen dico, quod muta tio subiecta continuitati, res est differens ab ipsa continuitate, & præter ipsam intelligibi lis simplici apprehensione: imo etiam factibi lis per diuinam potentiam, sicut enim declara tum est in quadam quęstione de quolibet su perius, Deus per infinitatem potentię suę pos set mouere vnum corpus ab oriente in occi dente in instanti, & esset ibi mutatio sine conti nuitate. Vides ergo, quod illam mutationē, quam naturam non potest facere, nisi subiectā continuitati, Deus potest facere non subiectā continuitati. Hoc tamen non esset, si conti nuitas esset de essentia mutationis sibi subie ctę, quamuis enim non possim intelligere il lud, quod significat nomen motus præter con tinuitatem, eo quod imponitur ad significan dum renouationem, vt est sub continuitate, tamen possim simplici apprehensione intelli gere ipsam renouationem non apprehensa conti nuitate: sic dico, quod quamuis non possim intelligere substantiam, vt est sub continuitate præter ipsam continuitatem, tamen simplici apprehensione possim intelligere ipsam substantiam, non apprehendendo ipsam, vt est sub continuitate, & sic apprehendere ipsam non apprehendendo cōtinuitatem. Et hoc de quarto quęstionis articulo dicta sint.

ARGUMENTVM quod concludebat, quod quantitas dicit rem absolutam aliam a substan tia cuius est quantitas, gratia conclusionis cō cedam.

AD ARGUMENTVM in oppositum re spondeo. Cum enim dicis, quod sicut se habet figura ad quantitatem, ita quantitas ad substā tiam. Dicunt aliqui, quod falsum est, eo quod figura super quantitatem non videtur adde re, nisi rem relationis. Quantitas autem super substantiam addit ad rem absolutam, & præte rea dicunt ipsi, Deus posset separare substan tiam a sua quantitate, non autem soliditatem a figura: quia soliditas, quę non esset figurata non esset terminata, & ita esset infinita. Deus autem non posset facere soliditatem infini tam: quia soliditatem esse actu infinitam non habet rationem possibilis, vt probari potest ex his, quę dicta sunt in quadam quęstione, quam disputavi, quę fuit talis. Vtrum aliquid aliud a Deo posset esse actu infinitum: sic ergo volunt aliqui soluere argumentum per interē ptionem maioris. Alij autē soluunt per interē ptionem minoris dicentes, quod figura dicit ali quod accidens absolutum super quantitatem causatam ex habitudine partiū quantitatis inter se, quibus videtur consentire philo. in hoc, quod ponit in libro prædicamentorū figuram in quarta specie qualitatis: vnde videtur, quod figura sit qualitas in quantitate, nec propter hoc sequitur, quod Deus posset separare soli ditatem a figura, vel figurā a quantitate. Nō. n. est bonum argumentū, quod si sunt aliquę duę res

res absolutę, quarum vna non est alia, quod Deus possit facere quamcumq; illarum ab alia sepa ratam, maxime cum vna illarum dependet ex habitudine ad aliam, sicut simitas depēdet ex habitudine ad nasum: vnde non est possibile fieri simitatem sine naso: vel quando vna illarum depēdet ex habitudine partium alterius, sicut figura dependet ex habitudine partium quantitatis inter se, & ideo nō est possibile fieri figuram sine quantitate, vel quando termi natio vnus est in essendo per rem alienam, sicut se habet essentia materię primę, secundum quosdam, ad ipsam formam, ideo secundum aliquos non est possibile fieri materiam pri mam sine forma. Quod tamē, nec affirmo, nec nego, aut quando altera illarū rerum dicit pu ram possibilitatem, & ideo non est possibile fieri principium purum possibile per se: quia hoc includeret contradictionem, aut quando restermnatur ad aliquid, a quo res alia sepa rari nō potest, sicut soliditas terminatur ad ta lem partium habitudinem, quę non potest se parari a figura, & ideo Deus non potest facere quātitatē sine figura, & forte aliqua alia in stantia poni possent; & sic patet solutio: ad ar gumentum. Et hoc de prædicta quęstione ad præsens sufficiat.

Vide Scot. ad hac in 2 dist. 12. q. 2. Et doctore hunc ibidē art. 1. q. 4.

Q. V. A. E. S. T. I. O. XV.

CONSEQUENTER sequitur.

Vtrum causa precisa quare duo corpora non possunt esse simul, sit dimensio: Vnde videtur, quod nō: quia cor pus glōrificatum simul est eum non glōrificato, ita, quod vtrunq; retinet suas dimensiones.

Argum. 1.

In oppositū.

CONTRA, causa precisa quare corpus occupat locum, est dimensio: sed illud, quod est causa precisa quare corpus occupat locum est causa precisa, quare non possit simul esse cum corpore alio: ergo causa precisa quare duo corpora non possunt esse simul cum cor pore alio, est dimensio.

CONCLUSIO.

Quid quod impedit duo corpora simul esse est tri na dimensio, ob quam etiam occupat corpus locum. Ad videndum veritatem huius quęstio nis sic procedendum est. Primo probandum est, quod causa precisa, quare duo corpora nō possunt esse naturaliter simpl non est materia. Secundo, quod non est forma. Tertio, quod non est grossities materię. Quarto ex his con cludendum est, quod est soliditas.

Primus Ar ticulus. T. c. 82.

Primum probo sic secundum philosophum primo physico. Materia est ingenerabilis, & incorruptibilis: ergo cum de raro fit densum materia non corrumpitur sicut non genera tur, cum ex denso fit rarum, similiter cum ex

aqua fit aer, materia non generatur, nec cor rumpitur. Similiter nec cum ex aere fit aqua: sed ex pugillo aquę sunt multi pugilli aeris, & ex multis pugillis aeris non fit, nisi vnus pu gillus aquę: materia ergo, quę est sub multis pugillis aeris, cum ex multis pugillis aeris fit vnus pugillus aquę, tota est substantia sub vno pugillo aquę, & ita illa eadē materia, quę sub forma aeris erat sub magna quantitate, illa eadem tota sine alicuius partis suę corruptio ne dum est sub forma aquę est sub parua quan titate, hoc autem non esset, nisi partes pene trarēt se se adinuicem, ita, quod vna pars ma terię simul esset in alia, pluribus ergo parti bus materię non repugnant esse simul natu raliter: causa ergo precisa, quare duo corpo ra non possunt esse simul naturaliter nō est ma teria: cum probatum sit plures partes materię posse simul naturaliter esse. Et hoc de primo articulo dicta sint.

Secundus Articulus.

Secundo ostendendum est, quod causa præ cisa, quare duo corpora non possunt esse simul naturaliter non est forma, quod declaro sic, sicut enim dicit philosophus in prædicamen tis rarum, & spissum positionem quodammodo videntur partium demonstrare. Spissum quidem est eo, quod partes sibi ipsi propinque sunt. Rarum vero eo, quod distant abinuicem, tunc arguo sic, eadē substantia, quę primo est sub raritate, postea fit sub spissitudine abs que substantię illius corruptione. Non enim dicimus, quod si substantia, quę est densa rare fiat, vel si rarefacta condensetur, quod oporteat ipsam corrumpi. Sed secundum philo sophum in auctoritate præallegata. In raro partes ad se inuicem magis distant, quā in denso, hoc est dictū, quod ita nō inculcantur. Sic ergo video, quod in raro, sicut sub quali bet parte quantitatis est pars materię simul correspondens, & formam correspondens illi parti materię: quia forma, quę educitur de po tentia materię per naturam extenditur secun dum extensionem materię, sequitur, quod si illa substantia condensetur, quod non tantum modo partes materię recipiuntur inter se inuicem: sed etiam formę aliter non magis dice rentur indurare partes formę in denso, quā in raro: sicut ergo non repugnat pluribus parti bus materię esse simul naturaliter, ita non repugnat pluribus partibus formę substantia lis: ergo causa precisa, quare duo corpora nō possunt naturaliter esse simul non est substan tialis forma. Et ex consequenti nec substantia composita ex materia, & forma. Quod etiam posset probari per viam similem, per quam probatum est de forma: quia in raro sub quali bet parte quantitatis est pars substantię, & to ta illa substantia condensata fit sub minori quantitate, quod fieri non posset, nisi plures partes illius substantię possent simul esse. Et hoc de secundo articulo dicta sufficiant.

C. de quali tate in 3. specie.



**Tertius Articulus.** Tertio probandum est, q̄ grossities materiae non est causa precisa, quare duo corpora non possunt naturaliter simul esse. Vna.n.materia ratione essentiae non est grossior alia materia, loquendo de partibus materiae unigenis. Sed, q̄ dicatur materia vna grossior alia in aliqua re generabili, & corruptili, hoc est ratione alicuius superadditae dispositionis, ut forte ratione spissitudinis maioris, vel alicuius impuritatis. Si ergo causa precisa quare duo corpora non possunt esse simul naturaliter esset grossities materiae, tunc corpora maxime elongata ab ista grossitate possent simul esse naturaliter, hoc autem falsum est: ignis.n. maxime raritatis est, & aer post ignem, & tamen aer, & ignis naturaliter non possunt simul esse: ratio ergo quare duo corpora non possunt simul esse naturaliter non est grossities materiae. Et haec de tertio articulo dicta sint.

**Quartus Articulus.** Quarto concludendum est ex his, q̄ causa precisa quare duo corpora non possunt simul naturaliter esse, est dimensio secundum latum, longum, & profundum, quae vocantur soliditas, & alio nomine vocantur corpus, quod est quantitas. Et huic consonat sententia philosophi 4. physic. qui dicit, q̄ si vacuum esset dimensiones separatae, q̄ cubus non posset ibi poni, eo q̄ vacuum non posset cedere, & philosophus dicit dimensiones simul esse non possunt, & si cubus poneretur in vacuo, ex quo vacuum non cederet, simul essent dimensiones vacui, & cubi, quod philosophus habet pro inconuenienti: sicut patet aspicienti doctrinam suam lib. 4. physic. c. de vacuo. Et ita patet, q̄ intentio philosophi est, q̄ sola dimensio impedit duo corpora simul esse, cum aperte vult, q̄ dimensiones cubi non possunt esse simul cum alijs dimensionibus separatis, dato, q̄ aliquae dimensiones essent. Isti sententiae expresse consentit Commentator, qui vult, q̄ impossibilitas essendi duo corpora simul est ex terminis eorum mathematicis. Sic ergo concedo, q̄ causa precisa, quare duo corpora non possunt esse simul naturaliter, est dimensio secundum latum, longum, & profundum: quae dimensio alio nomine vocatur soliditas, alio nomine corpus, quod est quantitas, & intelligo praecisionem causae sic, q̄ si nullum aliud esset impedimentum sola soliditas sufficeret ad prohibendum duo corpora simul naturaliter esse, hoc dico propter hoc: quia forte aliqua qualitas posset prohibere vnum corpus penetrari ab alio corpore dato per impossibile, q̄ aliae dimensiones non prohiberet, sicut ponamus gratia exempli magna duricies in corporibus, & firmata, prohibere posset ne illa corpora se se inuicem penetrarent. Sed plane concedo, q̄ si nulla alia ratio esset prohibens, quam soliditas, adhuc ipsa soliditas, per quam intelligo dimensionem secundum latum, longum, & profundum sufficeret ad prohibendum duo corpora simul natu-

*Super text. ubi supra se me. Conclusio questionis.*

raliter esse. ARGUMENTUM pro parte ista gratia conclusionis concedendum est. AD ARGUMENTUM in oppositum respondeo, & dico, q̄ corpus glorificatum non potest simul esse cum corpore non glorificato naturaliter, nec per aliquam creatam virtutem: & cum dicitur, quod corpus glorificatum simul potest esse cum corpore non glorificato per dotem impassibilitatis, non sic intelligi debet per dotem impassibilitatis in corpore, vel in composito ex anima, & corpore, in quod anima possit facere elicitius corpus suum simul cum alio corpore non glorificato, sed sic debet intelligi, quod ex decreto diuinae sententiae assistit diuina omnipotentia animae habenti corpus glorificatum, quae diuina omnipotentia ad voluntatem ipsius animae habentis corpus glorificatum facit illud corpus glorificatum cum corpore non glorificato simul esse, aliter non video, quomodo hoc possibile sit fieri, nisi alterum illorum corporum separaretur a dimensionibus suis, aut dimensiones vtriusque fierent vna dimensio, quorum vtrunque videtur irrationale. Quia tamen multum famosa est opinio quo ad multos, quod hoc fiat per virtutem dotis subtilitatis, ita, q̄ anima habens corpus dotatum subtilitate in virtute illius dotis potest facere elicitiue, quod corpus suum penetraret corpus non glorificatum sine corporis non glorificati dimensione, & ita cum simul sit cum eo, ideo praedictam solutionem, & sententiam sine praedudicio, & temeraria asseritione volo esse dictam, & si quid ibi corrigendum est, melius intelligentium relinquatur iudicio. Et haec de praedicta quaestione dicta sint.

*Ad argum. Ad oppositum.*

*Corpus glorificatum nota quomodo potest esse simul cum non glorificato.*

Q V A E S T I O XVI.

CONSEQUENTER sequitur.

*Utrum faba ascendens obuians lapidi molari descendenti quiescat.*

**RESPOND. T V I D E T V R**, quod sic: quia secundum philosophum 8. physico. inter motum, & rectum, & reflexum est quies media: sed ascensus fabae, & descensus se habent sicut motus rectus, & reflexus: ergo inter ascensum, & descensum fabae est media quies.

*Argum. 1. T. c. 64. & inde.*

**CONTRA**, quia tunc lapis molaris descendens cui obuiaret faba ascendens, quiesceret, quod absurdum videtur, quod vna faba posset facere quiescere lapidem molarem inferius descendentem.

*In oppositum.*

CONCLUSIO.

*Cum fieri non possit, ut mobile per unam lineam ab uno in alium moueatur terminum, & hinc eo modo de mo-*

*de motum capit per eandem lineam motu continuo reuertatur, lapidi molari descendenti obuians faba proculdubio quiescet.*

**RESPONSO.** AD ISTAM quaestionem respondeo, q̄ faba ascendens, & obuians lapidi molari descendenti, antequam descendat, quiescit per se, si per eandem lineam reuertitur, semper tamen mouetur per accidens, hoc est per motum lapidis molaris descendentis, & ideo lapidem molarem nullatenus quiescere facit.

**AD CUIUS** intelligentiam sic procedendum est. Primo enim videndum est quare faba proiecta sursum, si per eandem lineam debeat reuerti, oportet, quod ante suam reuersionem quiescat per se. Secundo videndum est quare angelus vadens, & rediens a puncto ad punctum per eandem lineam, non potest hoc facere sine quiete intermedia. Et tertio declarandum est propositum, scilicet, quod faba ascendens, & obuians lapidi molari descendenti, antequam possit reuerti per eandem lineam quiescit per se, tamen non oportet, quod quiescat quiete per accidens: sed semper potest moueri per accidens, vel per se.

**QUANTUM** ad primum articulum sciendum est, quod motus fabae sursum violentus est, dico ergo, quod virtus, per quam faba ascendit postquam aliquantulum ille motus elongatus est a suo principio debilior efficitur, & ideo motus violentus debilior est versus finem, quam versus principium: & tandem ita debilitatur illa virtus, quod amplius non sufficit ad fabam mouendam, & tamen sufficit ad prohibendum eius descensum, & tunc oportet, quod quiescat per se, & ultra tantum debilitatur, quod non sufficit ad prohibendum descensum: sed praevalet virtus naturalis ipsius fabae, & tunc descendit deorsum. Et haec de primo articulo dicta sint.

**CONSEQUENTER** videndum est, quare Angelus vadens, & rediens a puncto ad punctum per eandem lineam non potest hoc facere sine quiete intermedia. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod secundum quod potest trahi ex sententia philosophi physico. 6. mobile in toto motu, non est in aliquo spacio sibi equali in actu sed in potentia: in fine tamen motus est in aliquo spacio sibi equali in actu. Verum est autem, quod Angelus cum non sit partibilis secundum quantitatem, non habet spacium sibi equali, tamen contingit determinare spacium, in quo potest esse Angelus in qualibet parte totus simul, ita, quod non esset dare spacium maius illo, in cuius qualibet parte posset esse Angelus totus simul, & cum dico hic Angelum posse esse in aliquo spacio simul totum, intelligo eo modo quo contingit Angelum esse in loco. Dico ergo, quod si Angelus moueatur ab oriente in occidentem vno motu continuo, in toto illo motu Angelus non est in aliquo spacio tali in actu sed in potentia: in fine

*T. c. 7.*

*Quomodo Angelus sit in loco, in 2. di. 2. Et vtrum ha-*

tamen motus est in aliquo spacio tali in actu si vult. hoc dico propter hoc: quia si vellet posset esse in minori: quia quamuis loco Angelus sit assignare in maius terminum, tamen non est assignare terminum in minus, hoc tamen regulariter verum est, quod in fine motus esset in aliquo loco in actu eo modo quo sibi competit esse in loco. Tunc arguo sic, aut in illo loco in occidente in quo esset in actu, esset in tempore, aut in instanti: si in tempore, habeo propositum: quia ibi quiesceret, quia secundum quod potest trahi ex sententia philosophi 6. physico. Aliquid quiescere in loco, est ipsum esse in loco eodem modo nunc, & prius. Si autem dicitur, quod esset ibi in instanti in actu, & non in tempore; hoc proba, quod esse non potest: quia in eodem instanti duo contradictoria non possunt simul esse vera: sed esse, & non esse in eodem loco, contradictoria sunt: ergo impossibile est Angelum adeste, & abesse eidem loco in eodem instanti: tunc arguo sic, in aliquo ergo instanti adest illi loco. Sed secundum quod probatur 6. physico. Inter quolibet duo instantia est tempus medium: ergo inter instans in quo Angelus adest illi loco, & inter instans in quo abest illi loco de necessitate est tempus medium: ergo si Angelus est in aliquo loco in instanti in actu, sequitur de necessitate, quod sit ibi in tempore, & sic ibi quiescit. Et haec ratio potest trahi a philosopho in 8. physico. Sic ergo patet, quod Angelus mouens se de puncto ad punctum si debeat redire ad eundem punctum per eandem lineam oportet, quod intercitat quies media, & patet ratio quare: quia aliter sequerentur duo contradictoria simul esse vera in instanti.

**SI** forte dicas: quia Angelus mouens se ab a in b, & reuertens a b in a non est in actu in b neq; in tempore, neq; in instanti: sed possibile est, quod sit in b in potentia tantum: quia motus a b in a, & ab a in b potest esse vnus motus, & continuus.

**CONTRA** praedictam euasione arguo sic, quamuis enim motus ab a in b, & a b in a posset esse vnus motus continuus, ita, quod motus ab a in b sit per vnam partem spacij, & motus a b in a per partem aliam, verbi gratia, ita, q̄ per vnum semicirculum mobile moueatur ab a in b, & per alium semicirculum moueatur a b in a, tamen impossibile est, quod fiat hoc per eandem partem spacij, siue fiat per semicirculum, siue per lineam rectam. Vnde impossibile est, quod mobile moueatur ab a in b per vnum semicirculum, & reuertatur a b in a per eundem semicirculum vno motu continuo. Similiter dico si motus fiat ab a in b, & a b in a per eandem lineam rectam. Et hoc probatur facilius sic: quia ex duobus motibus contrarijs impossibile est vnum motum continuum constitui: sed motus ab a in b, & a b in a per idem spacium, siue sit semicirculus, siue linea recta sunt Rich. Med. Quolib. D 4 con-

*beat locum determinatum, vide Sco. ubi supra. q. 6.*

*T. c. 32. & ipsum esse in loco eodem modo nunc, & prius. 73.*

*T. c. 2.*

*T. c. 64. & inde.*

*Euasio.*

*Instantia.*

contrarij: ergo ex illis impossibile est vnum motum constitui, impossibile est ergo, quod angelus moueat se ab a in b, & ab in a vno motu continuo, cuius contrarium supponebat euasio prædicta. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

Tertio ex his declarandum est, quod tertio proponebatur declarandum, scilicet, quod faba ascendens, & obuians lapidi molari descendenti antequam per eandem lineam reuertatur quiescat per se, nec tamen faciet lapidem molarem quiescere, quare in illo tempore quo quiescat per se, mouebitur per accidens per motum lapidis molaris. Quod autem antequam reuertatur, quiescat per se probari potest per primum articulum, & secundum si per eandem lineam reuertatur. Vnde vide diligenter, quod in primo articulo probatum est, & in secundo, & videbis, quod faba non potest ascendere, & descendere, quin inter ascensum, & descensum quiescat per se, si per eandem lineam sit ascensus, & descensus. Quod etiam hoc non obstante non faciat lapidem molarem quiescere per hoc, quod in illo tempore, in quo quiescit per se, mouetur per accidens per motum lapidis molaris, declarari potest per exemplum. Si enim projiciatur sagitta sursum, & infigatur lapidi molari descendenti, illa sagitta per se quiescet, & tamen semper mouebitur per motum lapidis descendens, ita dico, quod faba ascendens cum attingit lapidem descendentem, & iungitur ei in illo tempore quo quiescit per se, mouetur per accidens, hoc est per motum lapidis descendens. Scis enim, quod nullum est inconueniens aliquid sibi quiescere per se, & moueri per accidens, & sic patet quid dicendum sit ad questionem.

Dicendum est, quod faba sursum proiecta, & obuians lapidi molari descendenti antequam per eandem lineam reuertatur, quiescit per se in illo tempore quo per se quiescit, mouetur per accidens, scilicet, per motum lapidis molaris descendens. Vnde non oportet, quod per obuiationem fabæ lapis quiescat. Ex his, quæ dicta sunt, patere potest quid dici debeat ad utrumque argumentum.

Primum enim argumentum, quod probat, quod faba quiesceret, concludebat de quiete per se, aliter enim non valet.

Argumentum autem, quod erat ad partem aliam, concludebat, quod oportebat ipsam fabam semper moueri, vel per se, vel per accidens, quare aliter faceret lapidem molarem quiescere, bene autem concessum est, quod illo tempore, quo faba quiesceret per se moueretur nihilominus per accidens per motum lapidis molaris. Et hæc de prædicta questione dicta sufficiant.

Q V A E S T I O X V I I .

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

Utrum in comestione debeant præponi grossa aut subtilia.

VIDETUR, quod subtilia præponi debeant, & grossa postponi. Videmus enim, quod fructus qui sunt valde grossi sicut pira, escula, coctonia secundum medicorum consilium magis expedit postponere, quam præponere in comestione; ergo pari ratione ita est de alijs grossis.

Præterea illa debent postponi in comestione, quæ magis faciunt cibum descendere ad fundum stomachi ubi maxime viget digestio. Sed illa cibaria, quæ sunt magis ponderosa magis faciunt cibaria descendere ad fundum stomachi, grossa autem cibaria magis sunt ponderosa, quam subtilia: ergo magis faciunt cibum descendere ad fundum stomachi: ergo primo subtilia sumi debent in comestione.

CONTRA, quanto cibaria durioris sunt digestio, tanto magis poni debent, ubi viget fortius digestio: sed fortius viget digestio in fundo stomachi, quam in ore: ergo cibaria durioris digestio, illo ordine comedi debent, quo facilius possint ad fundum stomachi attingere: sed cibaria, quæ primo sumuntur facilius attingunt ad fundum stomachi, quam illa, quæ sumuntur postremo: ergo cibaria durioris digestio primo sumi debent in comestione, sed grossa cibaria durioris digestio sunt, quam subtilia: ergo præponi debent in comestione.

C O N C L V S I O .

Grossa cibaria, quæ sumuntur gratia nutrimenti subtilibus sunt in comestione præponenda eo, quod fortius requirunt calorem, & cæteris viam, parant ad descensum, & meliorem digestionis faciunt proportionem.

AD ISTM questionem respondeo, quod cibariorū, quædam sumi debent causa nutrimenti, & quædam causa medicamenti. loquendo de cibarijs, quæ sumuntur causa nutrimenti regulariter, verum est, quod primo debent comedi grossa, quam subtilia, ut pira, holeræ, panis grossus, carnes grossæ præponi debent panis subtili, & subtilioribus carnibus, & alijs subtilibus cibarijs, quæ sumuntur per viam nutrimenti. Hoc propter meliorem digestionem, & propter meliorem egestionem, & propter meliorem digestionis proportionem, & propter appetitus conseruationem.

Propter meliorem digestionem, dico, quia calor digerens maxime viget in fundo stomachi, minime in ore stomachi. Grossa autem fortioris sunt digestio, quam leuia: vnde si leuia primo sumerentur, ita, quod attingerent fundum stomachi, & grossa postea, leuia adurerentur, grossis remanentibus indigestis, & ita non esset debita digestio neque grossorum, neque subtilium: ideo ergo præponenda sunt grossa, ut quia sunt dura fortiori calore digerantur.

rantur leuia autem, quia multum sunt digestibilia minori calore digerantur.

Dico etiam, quod hoc fieri debet propter meliorem egestionem: quia ista grossa ratione suæ ponderositatis, & grossitæ vias aperiunt, & melius descendunt, & ita fecibus, quæ remanent ex subtilibus cibarijs viam præparant ad descensum. Econtrario autem cibaria subtilia & propter sui leuitatem, & propter hoc, quia parum habent de fecibus magis tenent ventrem, nec ita bene elargant vias, nec præparant ad hoc, quod feces facilius descendere possint.

Dico, quod hoc debet fieri propter meliorem proportionem digestionis, Melior enim est digestio, quando cibaria simul digeruntur, quam cum quædam cito digeruntur, alijs autem remanentibus indigestis usque ad magnum tempus postea. sed quando subtilia præponuntur, & grossa postponuntur, tunc subtilia citissime digeruntur, & propter magnum calorem, qui est in fundo stomachi, & quia sunt multum digestibilia, & grossa quando postponuntur, tarde & digeruntur: tum quia sunt de difficili digestibilia, tum propter debilem calorem, qui est in ore stomachi, & prope. quando autem grossa præponuntur, tunc est quædam proportio: quia si grossa sunt de difficili digestibilia, contra hoc est magnus calor in fundo stomachi. Similiter, quamuis sit paruus calor circa os stomachi, contra hoc respōdet facilitas ad digerendum in subtilibus cibarijs, ita, quod quasi simul potest compleri digestio per forte calorem in grossis cibarijs prius sumptis, & digestio per debilem calorem in subtilibus cibarijs posterioribus sumptis, & sic patet, quod præponere grossa subtilibus facit ad meliorem proportionem digestionis.

Dico etiam, quod facit ad appetitus conseruationem, & ex consequenti ad meliorem nutritionem: quia quod melius sapit, cæteris paribus, melius nutrit. Quod autem hoc faciat ad appetitus conseruationem patet. Post enim consumptionem grossorum cibariorū adhuc bene sapiunt subtilia propter hoc, quia sunt multum sapida, quātum est ex se: sed post sumptionem cibariorū subtilium, minus sapiunt grossa propter hoc, quod non sunt multum sapida, quātum est ex se, & adhuc in comparatione nobilioris saporis, qui præcessit, minus videntur sapida, sicut etiam esset de potu: vnde dicit Saluator in Euangelio secundum Marcum. Nemo bibens vinum vetus statim vult nouum, dicit enim, vetus melius est. Si ergo præponuntur grossa, tunc tam grossa, quam subtilia accipiuntur cum sapore, grossa propter magnam famem, & subtilia propter magnum eorum saporem cum aliqua fame.

Si autem loquamur de grossis cibarijs, quæ debent sumi non per viam nutrimenti, sed medicinæ, sicut est caseus, esculum, pira, coctonia

num, & si qua sunt similia, sic dico, quod talia grossa cibaria debent postponi in comestione: quia postposita iuuant ad digestionem, in quantum ratione suæ ponderositatis faciunt cibaria prius sumpta ad fundum stomachi descendere, si autem præponerentur in comestione essent in nocumentum virtutis expulsiuæ: quia talia habent vias stringere, & ita expulsio nem impedirent. Cum autem postponuntur hoc nocumentum non faciunt expulsiuæ. loquendo ergo de talibus grossis cibarijs, dico, quod regulariter debent postponi in comestione. Et dico, quod regulariter: quia in aliquo casu debet præponi, sicut cum expediret nimium fluxum ventris stringere. Et quia hæc questio magis spectat ad medicos, ideo, quæ de hac questione dicta sunt, saluo meliori iudicio dicta sint. Ex his pater quomodo debeamus respondere ad argumenta.

Ad illud, quod primo arguitur, quod grossa postponi debet, patet ex dictis solutio: quia non est simile de ipsis fructibus qui postponuntur in comestione, & de alijs cibis, quæ sumi debent per viam nutrimenti.

Ad illud, quod secundo arguitur, quod grossa faciunt magis cibum descendere &c. Dico, quod propter hoc, quod grossa faciunt cibum magis descendere, ideo expedit, quod illa cibaria, quæ sumi debent per viam nutrimenti, sed medicamenti, quæ ratione suæ ponderositatis faciunt cibum descendere, postponantur. De cibarijs autem grossis, quæ sumi debent per viam nutrimenti, & quæ faciunt expulsiuæ medicamentum præparationem, non sic dicendum est: non enim tantum facerent de bono in faciendum cibum descendere postposita etiam, quantum facerent præposita, sicut ex his, quæ in corpore questionis dicta sunt patere potest. Debes tamen scire, quod non semper expedit leuem cibum esse in fundo stomachi, & tanta est digestibilitas in cibo leui, quod existens in fundo stomachi adureretur.

Argumentum quod fuit ad oppositum procedit de grossis cibarijs, quæ sumi debent per viam nutrimenti. Et sic patent solutiones ad argumenta.

Q V A E S T I O X V I I I .

Utrum melius sint dispositi ad scientiam nani quam gigantes, & parui quam magni.

ARGUEBATUR, quod magni essent minus dispositi ad scientiam: quia commune prouerbum habet: Nec paruos, ut in pluribus esse sapientes: sed secundum quod dicit philo. in eth. lib. 7. c. 14. fama omnino non perditur. Videtur ergo, quod magni sint magis indispoti ad scientiam. Ex quo fama de hoc est.

C O N T R A ,



*in opposi-*  
*tionem.* CONTRA, paruitas videtur esse in corpore ex grossitie, & siccitate materia: sed talis materia videtur reddere hominem indispositum ad scientiam: ergo parui maxime videtur indispositi ad scientiam.

CONCLUSIO.

*Magni secundum longitudinis dimensionem, & parui secundum alias duas dimensiones, per se alijs ad scientiam sunt aptiores, in illis enim calidus, & siccus, in ijs vero calidus, & humidus predominatur humor.*

*Diviso qua-*  
*estione.* AD videndum veritatem huius quaestio- nis, sic procedendum est. Primo videndum est correspondentia quatuor famosarum comple- xionum quatuor elementis; & quatuor tempo- ribus, & quatuor humoribus. Secundo ex hoc declarandum est, quae complexio magis apta est ad magnitudinem corporalem. Tertio vi- dendum est, quae complexio magis reddit hominem per se dispositum ad scientiam. Quarto videndum est, quae complexio reddit per acci- dens hominem magis dispositum ad scientiam. Quinto ex his declarandum est, qui homines magis dispositi sunt ad formam, vtrum magni, vel parui. Sexto commouenda quaedam dubitationes, & remouenda.

*Primus Ar-*  
*ticulus.*  
*Correspon-*  
*dentia qua-*  
*tuor comple-*  
*xionum, qua-*  
*tuor humor-*  
*um, qua-*  
*tuor elemē-*  
*torum, qua-*  
*tuor tempo-*  
*rum.* Quantum ad primum articulum sciendum est, quod quatuor sunt famosae complexiones, scilicet, melancholica, quae est frigida & sicca, quae respondet melancholiam, quae est humor frigidus, & siccus, & terrae, quae est elementum frigidum, & siccum, & autumno qui est frigidus, & siccus. Et est quaedam complexio fleg- matica, quae est frigida, & humida, quae respon- det flegmati, qui est humor frigidus, & humi- dus, & aquae, quae est elementum frigidum, & humidum, & hyemi, quae est frigida, & humida. Et est complexio sanguinea, quae est calida, & humida, & respondet sanguini, qui est humor calidus, & humidus, & aeri, qui est elementum calidum, & humidum, & veri, quod est tempus calidum, & humidum. Et est quaedam comple- xio cholericam, quae est calida, & sicca, quae re- spondet cholerae, quae est humor calidus, & siccus, & igni qui est calidus, & siccus, & estati, quae est tempus calidum, & siccum. In melan- cholicis ergo magis, quam in alijs complexio- nibus est virtus conformis virtuti terrae. In fleg- maticis etiam magis, quam in alijs comple- xionibus abundat virtus similis virtuti aquae. In sanguineis etiam magis, quam in alijs comple- xionibus est de virtute simili aereae. In cho- lericis etiam magis, quam in alijs complexio- nibus praevalet virtus similis virtuti igneae. Et haec de primo articulo dicta sufficiant.

*Secundus*  
*articulus.* Secundo declarandum est, quae comple- xio magis apta est ad magnitudinem corpo- ralem.

*Qua can-* Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod

*Sancti corpo-*  
*ralem ma-*  
*gnitudinē.* ad magnitudinem corporalem requiritur ma- teria bene extensibilis, & calidum bene exten- dens. Cum ergo est aliqua materia bene exten- sibilis secundum longitudinem tantum, & ca- lidum bene extendens, causatur magnitudo: secundum longitudinem tantum, magis, quam secundum dimensiones alias secundum propor- tionem. Cum autem est materia bene extensi- bilis secundum omnem dimensionem, & calidum bene extendens, causatur mediocris quantitas secundum bonam proportionem longitudi- nis, & latitudinis, & spissitudinis. Cum autem est materia multum abundans, & excessiue ex- tensibilis secundum omnem dimensionem, & calidum fortiter extendens, causatur excessi- ua quantitas secundum omnem dimensionem. Cum autem est materia male extensibilis secun- dum omnem dimensionem, & calidum debili- ter extendens causatur parua quantitas secun- dum omnem dimensionem. Nunc autem ita est, quod materia multum subtilis bene apta est ad dimensionem secundum longum, non ta- men ita bene extensibilis secundum latum, & spissum; cuius est materia tenuis, & sicca. Ma- teria autem mediocriter subtilis, quae est medio- cri humiditati permixta, mediocriter est exte- sibilis secundum omnem dimensionem propor- tionaliter. Materia autem abundans gros- sa, & humida, excessiue est extensibilis secun- dum omnem dimensionem, ita tamen, quod magis est extensibilis ultra terminum debitum spissitudini, & terminum debitum longitudini; quam ultra terminum debitum longitudini: Materia autem grossa, & sicca male est exten- sibilis secundum omnem dimensionem. Sicut autem patet ex primo articulo quaestio- nis, cho- lericam complexio est calida, & sicca correspon- dens igni, in qua praevalet humor calidus, & siccus; ex quo patet, quod in cholericam comple- xione est materia tenuis & sicca, & ita bene est extensibilis secundum longitudinem; non tamen bene est extensibilis secundum lati- tudinem, & spissitudinem, quae propter cho- lericam complexio reddit hominem aptum ad ma- gnam dimensionem longitudinis, non tamen ad magnam quantitatem latitudinis, & spissi- tudinis: unde cholericus, ut in pluribus, habent membra longa, & gracilia, & in corpore eorum maior est secundum suam proportionem di- mensio longitudinis, quam latitudinis, & spissi- tudinis, & dico secundum suam proportionem, quia in omni homine, nisi sit error naturae ma- ior est dimensio longitudinis, quam latitudi- nis, vel spissitudinis. Sanguinea autem comple- xio est calida, & humida correspondens aeri, in qua plus est de humore calido, & humido, quam in alijs complexionibus. Unde patet, quod in sanguinea complexione est materia medio- criter subtilis, & humida; & ita bene extensi- bilis mediocriter, & proportionaliter secun- dum omnem dimensionem, quae propter san- guineam,

guineae, ut in pluribus mediocris sunt quantita- tis; & bene proportionate secundum omnem dimensionem. Flegmatica autem complexio frigida est, & humida correspondens aquae, in qua dominatur humor frigidus, & humidus, qui est grossus cum multa humiditate. Unde in flegmatica complexione est materia bene extensibilis secundum omnem dimensionem, magis tamen secundum dimensionem latitudi- nis, & spissitudinis, loquendo proportiona- liter. Unde flegmatici, ut in pluribus magni sunt secundum communem dimensionem, ta- men in eis dimensio longitudinis non est tan- ta secundum suam proportionem, sicut dime- sio latitudinis, & spissitudinis: exemplum ha- bes de hominibus habitantibus in partibus quae vergunt ad septentrionem. Melancholica autem complexio est frigida, & sicca, corre- spondens terrae, in qua plus est de humore frigi- do, & sicco, quam in alijs complexionibus. Unde in melancholica complexione est mate- ria grossa, & sicca, & ita male extensibilis secun- dum omnem dimensionem, quae propter mel- ancholici, ut in pluribus parui, sunt secundum omnem dimensionem habentes complexio- nem compactam, secundum quandam similitu- dinem terrae.

Sic ergo patet, quod complexio cholericam multum apta est ad quantitatem longitudinis naturalem non tamen ad quantitatem longi- tudinis, & spissitudinis. Sanguinea autem co- mplexio bene apta est ad mediocrem quantita- tem bene proportionatam, secundum omnem dimensionem. Flegmatica autem complexio bene apta est ad notabilem magnitudinem secun- dum omnem dimensionem, non tamen bene proportionatam: quia in eis maior est spissi- tudo, quam exigit eorum longitudo secun- dum rectam proportionem. Melancholica au- tem complexio non est bene apta, nec ad mag- nam longitudinem, nec ad magnam latitudi- nem, nec ad magnam spissitudinem. Et haec de secundo articulo quaestio- nis dicta sint.

*Tertius*  
*articulus.* Tertio videndum est, quae complexio ma- gis reddat hominem dispositum per se ad scientiam.

Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod cholericus per se maxime sunt dispositi ad scie- tiam, deinde sanguineus. Indispositi autem ad scientiam per se in respectu praedictorum sunt flegmatici, & melancholici: magis tamen fleg- matici sunt indispositi ad scientiam per se, quam melancholici: haec autem narrata pro- bo sic. Duo sunt, quae reddunt hominem indi- spositum ad scientiam per se, vel aggrauatio animae per corpus, cui consonat illud verbum Sap. 9. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam: vel grossities spirituum, & magis eorum, quae sunt in medio cerebri ventriculo.

*Duo reddunt*  
*hominē ap-* Econtrario duo sunt, quae reddunt hominem per se bene dispositum ad scientiam. scilicet parua

aggrauatio animae per corpus; & subtilitas spi- rituum existentium in medio cerebri ventri- culo. Unde dicit Constabulus in libro de diffe- rentia spiritus, & animae sic. Spiritus autem qui est in eo spacio, id est in ventriculo medio, est in hominibus diuersis. In quibusdam enim est subtilis, & clarus, & hic erit rationalis, & cogi- tans disponibilitatem, & bonae cogitationis. In quibusdam enim erit econuerso, erit itaq; talis hic amens, irrationalis, leuis, atq; stultus. Nunc autem ita est, quod complexio choleri- ca, cum sit tenuis, & rara, minus aggrauat ani- mam, quam complexiones aliae.

Item cum ad subtilitatem spiritus concurrat subtilis materia tanquam passiuum, & for- tis calor tanquam actiuum; & haec duo magis sunt in complexione cholericam, quam in alijs complexionibus, sicut in praecedenti articulo patere potest, sequitur, quod complexio cholericam magis reddit hominem dispositum ad scien- tiam, quam complexiones aliae. Et quia post complexionem cholericam minus aggrauatur anima a sanguinea complexione, quam in alijs complexionibus, propter hoc, quod in comple- xione sanguinea est materia subtilior, & ca- lor maior, & ex consequenti subtiliores spiri- tus, ideo post complexionem cholericam co- mplexio sanguinea magis reddit per se hominem dispositum ad scientiam.

In flegmaticis autem quamuis non sit mate- ria per se ita grossa, sicut in melancholicis: ta- men, quia in flegmaticis est humiditas multa, & grossa, & talis humiditas hebetat calorem, ideo in flegmaticis magis obtusus est calor, & hebetatus, quam in melancholicis, qui sunt sic- ci: & ideo quamuis in ratione materiae magis essent indispositi ad scientiam melancholici, quam flegmatici, tamen ratione caloris est econuerso. Et quia grossities spiritus magis dependet ex obtusione, & hebetatione caloris generantis, quam ex grossitie materiae de qua generatur, ideo omnibus computatis, magis sunt indispositi per se ad scientiam flegmatici, quam melancholici. Et haec de tertio articulo quaestio- nis dicta sint.

Quarto est videndum, quae complexio red- dit per accidens hominem magis dispositum ad scientiam. Et dico, quod illa complexio est mel- ancholica: quia melancholica complexio red- dit hominem cogitatum, hoc est inquisitum, & frequentis, & profundae cogitationis, & ista sunt, quae multum valent ad acquisitionem scie- tia: quia profunda, & inquisitiua cogitatio di- sponunt ad intelligentiam, sicut dicit philoso- in libro de memoria, & reminiscencia. Medi- tationes memoriam in reminiscendo saluant.

*Quartus*  
*articulus.* Reddit etiam melancholica hominem solici- tum, quod multum valet ad acquisitionem scien- tia: retrahit etiam melancholica complexio a multis, quae impediunt scientiam, sicut sunt la- sciua carnis, & multae aliae vanitates munda- rum ad scie- tiam.

*Circa me-*  
*diū.*

na. Et hæc de quarto articulo huius quaestio- nis dicta sufficiant.

Quintus Articulus ad quaestio- nem respon- ditur.

Quinto ex his declarandum est, qui homi- nes magis sunt dispositi ad scientiam; verum magni, vel parui. Patet enim ex dictis in secun- do articulo, quod cholericæ complexio maxi- me disponit per se ad magnitudinem secundum longum, non secundum latum, nec secundum spissum. Et in tertio articulo declaratum est etiam, quod cholericæ maxime dispositi sunt per se ad scientiam, & ex consequenti patet, quod magni secundum dimensionem longitudinis, & parui secundum alias duas dimensio- nes, maxime, ut in pluribus; & per se sunt dispositi ad scientiam: cum etiam declaratum sit in articulo secundo, quod melancholica complexio reddit hominem per se indispositum ad scientiam, ex hoc patet, quod parui secundum omnem dimensionem non sunt ita dispositi per se ad scientiam, sicut sunt magni secundum dimensionem longitudinis: Et cum declaratum sit in quarto articulo, quod multi maxime sunt dispositi per accidens ad scientiam, sequitur, quod parui secundum omnem dimensionem sunt maxime dispositi per accidens ad scientiam. Cum autem declaratum sit in secundo articulo, quod complexio flegmatica maxime disponit ad magnitudinem, secundum omnem dimensionem: & declaratum sit in tertio articulo, quod illa complexio minime reddit hominem dispositum per se ad scientiam, & minus, quam melancholica complexio, patet, quod notabiliter magni secundum omnem dimensionem minime dispositi sunt ad scientiam. Cuius autem declaratum sit in secundo articulo, quod sanguinea complexio disponit ad mediocrem quantitatem bene proportionatam secundum omnem dimensionem, & declaratum est in tertio articulo, quod illa complexio post cholericam reddit hominem maxime dispositum per se ad scientiam, patet, quod mediocriter magni, & bene proportionati secundum omnem dimensionem maxime sunt per se dispositi ad scientiam; post illos, qui sunt magni secundum longitudinem, & non secundum quolibet dimensionem. Hij enim sunt magis dispositi per se, ut in pluribus ad scientiam, quam omnes alij. Secundo mediocriter magni, & bene proportionati secundum omnem dimensionem male sunt dispositi per se ad scientiam. Sed peius illi qui sunt notabiliter magni secundum omnem dimensionem. Et hæc de quinto articulo dicta sunt.

Sextus Articulus Dubium primum Infirmi- tes quare in vere generantur. Responsio.

Sexto movendæ sunt quædam dubitationes, & remouendæ super prædictis. Posset enim aliquis dubitare de hoc, quod dictum est in articulo primo, quod complexio sanguinea respondet veri, cum illa complexio sit nobilissima, & in vere infirmitates generantur. Et hæc dubitatio faciliter remouetur: quia infirmitates, quæ sunt in vere, sunt propter temporis bo-

nitatem. Ex hoc enim, quod natura adiuuatur beneficio temporis insurgit ad expellendam malam materiam, quæ in corpore erat latens, & in illa repugnans naturæ contra malam materiam sentitur afflictio.

Posset etiam aliquis dubitare de hoc, quod est in articulo secundo, quod complexio melancholica minime apta est ad magnitudinem corporalem secundum omnem dimensionem, tamen quandoque inveniuntur multi melancholici cum corpore valde magno. Et hæc dubitatio faciliter remouetur: quia corpora humana melancholica sunt aliquando valde magna, hoc accidit ex multa abundantia materiæ: quando autem dicimus, quod complexio melancholica est minus apta ad magnitudinem corporalem, quam complexionem aliam, hoc dicimus supposita æqualitate materiæ: quia tantum de materia sanguinea magis est extensibilis, quam tantum de materia melancholica: sic dico de materia cholericæ, & de materia flegmatica, quod quilibet illarum aptior est ad maiorem extensionem, quam materia melancholica, supponendo, quod non sit plus de materia melancholica, quam de flegmatica, vel cholericæ. Accidit etiam quandoque, quod cholericæ, quantum ad complexionem naturalem sunt melancholici, accidenter propter nimiam aduersionem cholere, & ita inveniuntur magni secundum dimensionem longitudinis, quandoque melancholici. Potest etiam contingere, quod aliqui habentes corpora sanguinea, vel flegmatica, vel cholericæ, habent tamen materiam melancholicam in organis sensituarum interiorum, per quam in actibus suis sic se habent, ubi videtur quodque ac si totius corporis complexio melancholica esset.

Posset etiam aliquis dubitare de hoc, quod quod dictum est in articulo tertio, quod cholericæ magis sunt dispositi per se ad scientiam, quam sanguineæ, & quam flegmaticæ. Cum, ut dicat philosophus 2. de anima, Molles carne esse aptos mente. Nunc autem sanguineæ, & flegmaticæ videntur carnes molliores habere, quam cholericæ: quia mollicies per naturam humida videtur esse, & complexionem istam humidam sunt. Complexio autem cholericæ sicca est. Et hæc dubitatio faciliter remouetur per distinctionem mollitiei carnis. Est enim in carne quædam mollities aquea, & hæc mollities est in carnibus mulierum, & hominum flegmaticorum, & hæc non reddit hominem aptum ad scientiam. Et est in carne mollities aerea, & hæc est mollities carnis sanguinearum, & hæc mollities reddit hominem aptum ad scientiam: & est quædam mollities aliquando in carne, quæ est quasi mollities ignea, & hæc mollities est per naturam raritatis, & hæc mollities reddit hominem aptissimum ad scientiam, & hæc mollities est in carnibus cholericis. Et cum ego nomino mollitiem aqueam, aeream, & igneam, non

Dubium secundum.

Eius solutio.

Dubium tertium.

T. c. 94.

Eius responsio.

Carnis triplex mollities.

non intelligo, quod sit per naturam veram aquæ, veri aeris, vel veri ignis: sed per naturam qualitatum, similitum qualitibus prædictorum elementorum, nisi vellet tenere illam opinionem, quæ ponit, quod elementa sunt in mixto secundum suas veras essentias, incompletas tamen.

Dubium quartum.

Posset etiam aliquis dubitare de hoc, quod dictum est in eodem articulo, quod melancholici non sunt per se bene dispositi ad scientiam: cum videamus quosdam melancholicos esse subtilissimos ingenij. Et hæc dubitatio faciliter remouetur per hoc, quod quandoque contingit melancholicis in omnibus alijs partibus corporis habere in omnibus organis virium sensituarum interiorum complexionem similem illi, quam communiter habent cholericæ, & sanguineæ in locis illis. Nec mirum, quia accidit quandoque hominem unius complexionis habere aliquod membrum complexionis diuersæ, quod etiam inveniuntur melancholici subtilissimi ingenij, hoc est per sepe, per hoc, quod cholericæ sunt melancholici accidenter propter aduersionem cholere. De istis autem non nego, quin sint multi apti ad scientiam, sed intellexi hoc de melancholicis naturaliter, si non discordat complexio, quam habent in organis virium sensituarum interiorum ab illa corporis complexionem. Illi enim sunt minime apti per se ad scientiam. Ex prædictis potest patere responsio ad argumenta in utraque partem. Et hæc de prædicta quaestione dicta sunt.

Q V A E S T I O XIX. CONSEQUENTER sequitur.

Utrum anima corpori corruptibili coniuncta semper se intelligat.

Argum. I.

T V I D E T U R, quod sic: per Augustinum 10. lib. de Trinitate.

In oppositum.

C O N T R A, intellectus non redi- citur, de potentia ad actum, nisi per receptionem speciei: sed non semper habuit speciem: quia secundum philosophum 3. de anima. Creatur, ut tabula rasa in qua nihil est actu scriptum: ergo anima non semper se intelligit.

T. c. 14.

C O N C L U S I O.

Anima dum actu est corporis corruptibilis forma ob cuius ineptitudinem in actu intelligendi impeditur se semper intelligere nequit.

Responsio.

T. c. 23.

Anima corpori corruptibili coniuncta non semper se intelligit.

R E S P O N D E O, dico, quod anima corpori corruptibili coniuncta non semper se intelligit. Sicut enim dicit philosophus 2. de anima. In cognitionem actuum devenimus per cognitionem obiectorum, & per cognitionem actuum devenimus in cognitionem potentialium, & per consequens in cognitionem essentiarum, sed anima non semper cognoscit actum suum. Non enim semper intelligit se intelligere, hoc docet experientia: ergo non semper cognoscit seipsam.

Præterea secundum philosophum 5. Topic. Magis scimus, quid ignis, quam quid anima: sed nescimus, quid est ignis, nisi per argumentationem: tantum enim scimus de quidditate ignis naturaliter, quantum possumus concludere per proprietates eius. Vnde etiam si velimus diffinire ignem, diffiniamus ipsum in respectu ad proprietates accidentales, dicendo, quod ignis est aliquid natum per se existere aptum natum subijci extensioni, & caliditati, & siccitati, & sic de proprietatibus alijs. Ergo multo fortius nescimus, quid est anima nostra, nisi per argumentationem procedendo ab obiecto ad actum, ab actu ad potentiam, a potentia ad essentiam. Sed anima non semper est in isto actu arguendi: ergo anima nostra non semper intelligit seipsam.

Præterea anima est forma substantialis corporis humani, per quam homo reponitur in specie, sicut declaratum est in quadam quaestione, quam disputavi, quæ est hæc: utrum forma, per quam homo reponitur in specie educatur per naturam de potentia materiæ: sed forma non tantummodo impeditur in operatione sua propter ineptitudinem materiæ, in qua agit; sed etiam propter ineptitudinem materiæ, quam perficit. Vnde est, quod anima nostra propter ineptitudinem corporis, cuius est substantialis perfectio impeditur in sua operatione. Sua autem operatio est intelligere ratione potentie intellectivæ, & ideo impeditur in actu intelligendi propter ipsius corporis ineptitudinem, qua propter dicit philosophus 1. T. c. 65. de anima, quod intelligere, & considerare consumuntur alio quodam interius corrupto, ipsum autem impossibile est: in quo notat philosophus, quod etiam si intellectus sit incorruptibilis, quantum ad sui essentiam, tamen operatio sua, quæ est intelligere corruptitur propter corporis ineptitudinem: anima ergo nostra non per se intelligit se, nec aliud.

Præterea secundum quod dicit philosophus 3. de anima, nequaquam sine phantasmate intelligit anima, quod intelligendum est naturaliter dum actu est corporis corruptibilis forma, vnde illud verbum de lege commune est intelligendum. Phantasma est autem illud, per quod dicitur virtus sensitiva interior in sui operationem: sine ergo ministerio alicuius virtutis interioris sensitivæ, ut forte sine ministerio illius virtutis sensitivæ, quæ vocatur cogitatio, vel alicuius alterius intellectus noster corpori corruptibili coniunctus naturaliter, & de lege communi nihil intelligit: cum ergo contingat illas virtutes corrumpi in suis actibus, eo quod sunt organice virtutes, contingit ex consequenti in nobis actionem intelligibilem corrumpi, sicut patet in hominibus, in quibus accidit læsio, per quam corrupta sunt organa illarum virium quos usu intelligendi omnino carere percipimus, anima ergo nostra dum

Quolibet. 1. 7. 12.

T. c. 30.

est corporis corruptibilis forma non semper se intelligit.

Præterea secundum Auic. 6. naturalium lib. 5. c. 7. loquente de viribus animæ habemus sic scriptum. Verissime enim scimus, quod harum virtutum alteram impedit alteram. Vnde accidit quod vna in tantum potest extendi in actu suo, quod altera totaliter ab actu suo impeditur, & hæc est vna ratio, quare anima in somnijs, quando est perfecte dormiens non habet usum intelligendi naturaliter, propter hoc, quod vires corporis regituri minus intenduntur circa regimen corporis, ex quo patet, quod anima in dormiente perfecte non se intelligit. Sic ergo ex prædictis patet, quod anima nostra dum est corporis corruptibilis substantialis forma actu perficiens corpus non semper se intelligit, planum est, quod non semper se cognoscit: quia non sic potest per alias potentias cognoscere semetipsam sicut per potentiam intellectiuam.

*Ad oppositum.* ARGUMENTUM pro parte ista gratia conclusionis potest concedi.

*Ad argum.* AD ARGUMENTUM in oppositum. Respondeo. Cum enim arguitur per Augu. dicens. 1. o. lib. de Trini. versus finem, quod anima semper se nouit, & semper se vult, & semper sui meminit: credo, quod illud verbum debet intelligi de notitia habituali, non actuali, sicut potest persuaderi per quædam verba Aug. 1. 4. de Trini. c. 7. ubi dicit sic. Iste quem perspicis de geometria disputantem etiam perfectus est musicus, nam & meminit eius disciplinæ, & intelligit, & diligit eam: sed quamuis eam nouerit, & amet, tamen nunc illam non cogitat, quoniam geometriam, de qua disputat cogitat, hinc admonemur esse nobis in abscondito mentis, rerum quarundam quædam notitias, & tunc quodammodo procedere est in medium, atque in conspectu mentis, vel ut aptius constitui, quando cogitatur, tunc enim ipsa mens, & meminit se, & intelligere, & amare, inuenit etiam vnde non cogitabat, quando aliud cogitabat: sed vnde diu non cogitauimus, & vnde cognoscere, nisi commoniti non valemus, ideo vos nescio, quo eodemque miro modo, si potest dici scire nescimus, denique ratione ab eo qui commemorat ei quem commemorat dicitur, scis hoc: sed scire te nescis commemorabo, & inueni te scientem, quod te nescire putaueras. Ex hac auctoritate apparet, quod cum Augu. voluit, quod anima semper nouit se, quod accepit nosse pro scire, quod est intelligere in habitu. Multa enim scimus, quod actu non intelligimus. Vnde etiam philo. dicit in Top. lib. 2. quod contingit plura simul scire, intelligere vero vnum. Et sic patet solutio ad argumentum. Et hæc de prædicta quaestione dicta sunt.

Cap. 24.

## Q V A E S T I O XX.

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

## Quaestio XX.

*Vtrum virtus moralis sit in appetitu sensitivo, sicut in subiecto.*

*Argum. 1.* **T** V I D E T V R, quod sic: quia virtus moralis est moderatiua passionum, quod manifestum est in fortitudine, & temperantia, de quibus virtutibus intelligitur præsens quaestio: ergo est ubi sunt passionem: sed passionem sunt in appetitu sensitivo sicut in subiecto.

*In oppositum.* **C** O N T R A, secundum philo. 2. Ethic. Virtus est habitus electiuus: ergo est in appetitu electiuo. Sed ille appetitus est voluntas non appetitus sensitivus, ergo fortitudo, & temperantia sunt in voluntate sicut in subiecto.

### C O N C L V S I O.

*Dicit quidem habitum quendam in appetitu sensitivo tamen in voluntate subieciatur: habitus enim in tali appetitu existens est potius virtutis similitudo quam virtus.*

*Eandem quaestionem habens ab hoc doctore in 3 di. 33. q. 1. & a. S. Bo na. ibidem. q. 3. & a. Do ctore sub. ubi supra. Voluntas est passiva.* AD I S T A M quaestionem respondeo, quod virtutes morales, de quibus hic loquimur, scilicet, fortitudo, & temperantia dicuntur habitus in voluntate, & habitus in appetitu sensitivo: & quod ille habitus, quem dicunt esse in voluntate principalis habet rationem virtutis. Quod autem dicunt habitum in voluntate patet sic: quia ipsa voluntas in actu suo non tantum est mouens, sed etiam mota. Vnde dicit Ansel. in lib. de concor. præscientiæ, & liberi arbitrij, quod voluntas est instrumentum seipsum mouens: sed omne, quod mouetur, in quem mouetur est patiens: voluntas igitur in actu suo est actiua, & passiva, quamuis ergo non habitetur per actus suos, in quantum sunt ab ea: habitatur tamen per actus suos, in quantum sunt in ea, quare sic habet rationem aliquo modo patientis, & multotiens potest moueri secundum rationis iudicium rectum circa obiectum fortitudinis, vel circa obiectum temperantiæ: causatur in ea habitus quo redditur prompta, & expedita ad sic moueri: ergo restat, quod fortitudo, & temperantia dicuntur aliquos habitus in voluntate.

*7. c. 6.* Præterea secundum philo. in Ethic. Temperantia nobilior est, quam continentia, quare temperatus habet passionem edomitam. Contingens autem habet passionem indomitam. Certum est ergo quod continentia dicitur habitum tantummodo in voluntate, tunc arguo sic, si temperantia non dicitur habitum in voluntate, tunc habitus, qui est in appetitu sensitivo tantummodo nobilior esset, quam habitus existens in voluntate, quod irrationabile videtur. Restat ergo, quod temperantia dicatur etiam aliquem habitum in voluntate.

Præterea secundum phylo. in Polit. Alia est virtus in seruo, & alia in Domino, volentem dare intelligi, quia virtus, quæ est in seruo ad ad exequendum, vel obediendum mandato Domini non est eiusdem rationis cum virtute, quæ

## Secundi Quolibeti.

T. c. 10.

quæ est in Domino ad imperandum ipsi seruo, sed secundum phylo. 9. meta. Voluntas dominatur in anima, & appetitus sensitivus seruit. Vnde dicit hæc verba in antiqua translatione. Necessè est, ut dicimus numerus sit aliud. Et dico, quod hoc est appetitus, vel voluntas: ergo videtur, quod in sensitivo appetitu inest alius habitus quo habitatur ad obediendum imperio voluntatis, & alius habitus in voluntate quo habitatur ad imperandum secundum rectum rationis iudicium: videtur ergo, quod virtus moralis aliquem habitum ponat in voluntate.

Quod vere etiam dicat aliquem habitum in appetitu sensitivo, videmus appetitum sensitivum esse facile ad obediendum imperio voluntatis in moderamine passionum. Vnde videmus in aliquibus per bonam assuetudinem in appetitu sensitivo passionem esse domitas, & ita restat, quod in appetitu sensitivo aggerantur aliqui habitus per bonam assuetudinem, qua promptius, & expeditius obtemperat imperio voluntatis, secundum iudicium rectum rationis.

Quod autem ille habitus, quem dicitur virtus moralis in voluntate magis habeat rationem virtutis, quam ille quem ponit in appetitu sensitivo potest declarari sic. Secundum enim, quod dicit phylo. 2. Ethic. loquens de virtute moralis. Virtus est habitus bonus qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit: ergo virtus moralis etiam est in illo appetitu a quo actus principalis sortitur rationem bonitatis moralis: sed actus maxime sortuntur bonitatem moralem, in quantum sunt a voluntate directa: secundum rectum rationis iudicium ergo habitus existens in voluntate principalis sortitur rationem virtutis, quam habitus existens in appetitu sensitivo.

Cap. 3.

*Phi supra.* Præterea phylo. 2. Ethic. dicit, quod virtus est habitus electivus: ergo ille habitus, qui est sicut in subiecto in potentia, per quam est electio, plus habet de ratione virtutis, quam ille habitus qui est sicut in subiecto in potentia, per quam non est electio: potentia autem: per quam eligimus est voluntas, non appetitus sensitivus. Non enim proprie loquendo dicimus bruta habere electionem, cum in suis actibus necessitentur, & etiam videtur appetitus sensitivus necessitari posse. Restat ergo, quod habitus existens in voluntate sicut in subiecto plus habeat de ratione virtutis, quam habitus existens in appetitu sensitivo, sicut in subiecto, immo forte, ut magis proprie loquar habitus existens in appetitu sensitivo magis potest dici similitudo, vel impræssio virtutis, quam virtus.

Vnde argumentum, quod factum est pro parte ista gratia conclusionis concedo.

*Ad oppositum.*

*Ad argum.*

AD illud, quod arguitur in oppositum, quod fortitudo, & temperantia sunt moderatiuæ

## Quaestio XXI.

passionum, dico, quod verum est: & cum dicitur postea, quod ex hoc sequitur, quod sint sicut in subiecto in appetitu sensitivo in quo sunt passionem, quæ moderantur, dico, quod non oportet: sufficit enim ad moderandum passionem appetitus sensitivus, quod sint in appetitu sensitivo secundum quadam sui similitudinem, vel impræssionem, quæ secundum iudicium meum proprie rationem virtutis non habent. Virtus enim moralis principaliter est ad habitandum ipsam voluntatem ad bene sese habere promp- te, & faciliter, circa hæc obiecta virtutum moralium secundum rectum rationis iudicium, & ex consequenti est ad moderantiam passionum. Vnde si inuenis dictum, quod temperantia, & fortitudo sint principaliter ad moderandas passionem in appetitu sensitivo, scias debere accipi ipsam temperantiam, & fortitudinem non pro his nominibus qui principaliter sortiuntur rationem virtutis, itaque magis proprie possunt dici similitudines, vel impræssiones virtutum, quam virtutes. Et hæc sine præiudicio de prædicta quaestione dicta sufficiant.

## Q V A E S T I O XXI.

C O N S E Q U E N T E R sequitur.

*Vtrum posito, quod Christus in cena transmutasset corpus Petri in corpus suum, illud, quod remansisset de Petro fuisset viuens.*

*Argum. 1.* **T** V I D E T V R, quod sic: quia potentia sensitiva remansisset, cum non sint de essentia corporis Petri: sed potentia sensitiva non est, nisi ubi est vita: ergo illud, quod remansisset de Petro, fuisset viuens.

*In oppositum.* **C** O N T R A, non esset viuens per animam Petri: quia illa esset transmutata, nec per animam Christi: quia pari ratione accidentia panis in Sacramento altaris essent viuentia per animam Christi, quod falsum est.

### C O N C L V S I O.

*Anima non transmutata aliquid ipsius Petri remansisset viuens, nempe anima ipsa, quæ tamen remansisset accidentia non remansisset viuens.*

*Responso.* AD I S T A M quaestionem respondeo, quod differt dicere posito, quod Christus transmutasset totum corpus Petri in corpus suum, & dicere posito, quod Christus transmutasset totam substantiam Petri in corpus suum. Si. n. transmutasset corpus Petri in corpus suum, non propter hoc sequeretur, quod transmutasset animam Petri in corpus suum, eo quod in corpore Petri est aliqua ratio corporeitatis, quamuis incompletam per aliquam formam eductam de potentia materiæ. Dico ergo, quod posito



posito, quod Christus transmutasset corpus Petri in corpus suum, adhuc bene remansisset aliquid de essentia Petri viuens, scilicet, ipsa anima intellectiua: & ita etiā remaneret aliquid viuens de completa corporeitate corporis Petri, eo quod sicut declaratum est in illa quaestione, quam disputauimus. Vtrum in homine sit aliqua alia forma substantialis, quam anima intellectiua, quis in homine sit aliqua alia forma educa de potētia materiae incompleta, per quam est incompleta ratio substantialitatis, & corporeitatis: tamen completa ratio substantialitatis, etiam vnde substantia est, & corporeitatis vnde corpus est, est in homine per animam intellectiuam. Sic ergo si Christus transmutasset corpus Petri in corpus suum, ita tamen, quam non transmutasset animam intellectiuam ipsius Petri, remansisset aliquid de essentia Petri viuens, hoc est anima intellectiua, quae est de essentia Petri: & remansisset etiam aliquid viuens spectans ad completam rationem corporeitatis ipsius Petri, hoc est ipsamet anima intellectiua, per quam sicut parum ante dictum est, completa est corporeitatis ratio in Petro, & in hominibus alijs. Sed tamen illa accidentia, quae remanerent de corpore Petri, hoc est quantitas, color, & figura, & sic de alijs non remansissent viuentia: quia non sunt capacia vitae, nec in ipsis remansisset potentia sensitua, sed tantum remansisset in anima sicut in radice. Non enim pono potentias animae esse accidentia quaedam, sicut declaratum fuit in illa quaestione, quam disputauimus. Vtrum potentiae Angelorum sint accidentia. Quod autem illa accidentia non remansissent viuentia, patet: quia secundum quod dicitur phylo. 2. de anima. Anima est quo viuimus, & mouemur, & intelligimus, primum, & secundum esse, quod dicitur de anima. 2. Anima est actus corporis in quam quod est substantia, illa ergo accidentia si remansissent sub substantia corporis Petri non fuissent ab anima perfectibilia, sicut materia perficitur per suam formam, & ex consequenti non fuissent ab anima viuificabilia. Sic ergo concedo, quod si Christus transmutasset corpus suum anima remanente, siue transmutasset totam essentiam Petri, quod illa accidentia, quae remansissent de corpore Petri, & non remansissent viuia.

Et argumentum pro parte illa gratia conclusionis concedi potest.

Ad argum.

AD illud, quod arguitur in oppositum, quod adhuc remansissent potentiae sensituae in illis accidentibus, dico, quod falsum est: potentiae enim sensituae non sunt accidentia: sed sicut declaratum fuit illa quaestione, vtrum potentiae Angelorum sunt accidentia potentiae animae non addunt super potentiam animae, nisi respectus ad actus, & obiecta.

Præterea dato, quod potentiae animae essent accidentia, & quod remanerent, si transmuta-

tum fuisset corpus Petri in corpus Christi, vel si transmutatum fuisset totum illud, quod erat de essentia Petri, adhuc dico, quod figura organi ipsius oculi non remansisset videns per potentiam visuam: quia potentia visuua, non est nata esse perfectio figuræ ipsius organi: sed perfectio substantiæ ipsius organi. Figura ergo ipsa ipsius organi non vidisset per potentiam visuam, ipsa etiam potentia visuua non vidisset, quare actus potentiarum non attribuuntur ipsis potentijs: sed attribuuntur substantiæ. Attribuuntur enim substantiæ sicut intelligenti, volenti, videnti, & sic de alijs: attribuuntur etiam potentijs, hoc est intellectui non sicut intelligenti, sed sicut, per quem intelligimus: & voluntati non sicut volenti, sed per quam volumus, & potentiae visuuae non sicut videnti, sed per quam videmus, & sic de alijs potentijs animae. Et sic patet, quod dato, quod potentiae animae essent accidentia quaedam absoluta, & quod Christus transmutasset totam substantiam Petri in corpus suum, quod dicitur quantitas, & figura, quae remansissent, non habuissent aliquem actum sentiendi per illas potentias sensitivas, dato quod remansissent, nec etiam illae potentiae habuissent actum sentiendi, cum eis non debeat actus sentiendi sentientibus: sed sicut illis per quas sentiens sentit. Et hæc de illa quaestione dicta sint.

CONSEQUENTER veniendum est ad quaestiones morales quarum vna fuit de Sacramento baptismi, hæc scilicet vtrum irregularitas tollatur per baptismum. Aliæ autem respiciebant emptionem, vel venditionem, quae fuerunt duae. Vna vtrum liceat emere, vel vendere redditus ad vitam data certa summa pecuniae. Alia vtrum aliquis possit licite vendere aliquid annexum spirituali. Aliæ respiciebant homines per comparationem ad præbendas ecclesiasticas, & fuerunt duae, vna vtrum prælatus, qui non vult præbendam, nisi contra raneos suos peccet. Alia fuit vtrum ille qui habet plures præbendas in pluribus ecclesijs, teneatur pluries dicere horas canonicas in die. Aliæ fuerunt de religiosis, & fuerunt duae. Vna fuit vtrum religiosi debeant suis detractionibus resistere: alia vtrum liceat viro religioso, vim vi repellere. Aliæ quaestiones fuerunt tres. Vna vtrum ille qui lucratur per ludos prohibitos teneatur ad restitutionem. Secunda vtrum clericus possint cogi ad solutionem exactio num factarum in ciuitate propter utilitatem boni communis. Tertia vtrum prædicator ratione sui officij teneatur omnia illa facere, quae docet, aut prædicat.

Vtrum irregularitas tollatur per baptismum.

Argum. I.

ET VIDETUR, quod sic: quia de consecratione dist. 4. habetur per baptismum omne dictum, vel factum contra legem Dei tollitur: sed irregularitas est huiusmodi: ergo irregularitas tollitur per baptismum.

Secundum.

Item Hiero. super epistolam ad Titum. Vnde, si quis ante baptismum plures uxores habuit, vel vnam ante, & alteram post non est bigamus: ergo baptismus tollit irregularitatem contractam per bigamiam.

In oppositum.

CONTRA, per baptismum tolluntur peccata tantum, vel ea, quae consequuntur ex peccato: sed irregularitas non est peccatum, & quandoque non consequitur ex peccato, immo quandoque contrahit homo irregularitatem per opus meritorium, sicut ille qui zelo iustitiae hominem interficit in bello iusto: ergo irregularitas non tollitur per baptismum.

### CONCLUSIO.

Imo non tollitur, rationabile enim non videtur, quod eam baptismus tollat quandoque; enim per opus meritorium contrahitur.

Responsio.

AD istam quaestionem respondeo, quod irregularitas non tollitur per baptismum, quod declaratur per rationem, & per duplicem auctoritatem. Ratio est hæc: quia irregularitas, quandoque contrahitur per causam meritoriam, vt in argumento tactum est. Non videtur autem rationabile, quod baptismus tollat penam ex meritoriam causa contractam, & si dicis, quod saltim tollit irregularitatem ex causa culpabili contractam, dico, quod non: quare, & si contrahatur aliquid quando ex causa culpabili, non tamen contrahitur ex illa sub ratione qua culpa, sed sub aliqua alia ratione. Adhuc sunt etiam auctoritates. Dicitur in Aug. lib. 26. de Acutius intelligunt, qui nec eum qui cathecuminus, aut paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt: quia de Sacramento agitur, non de peccato. Item gl. super illud verbum scriptum ad Titum. 1. c. vnus vxoris vir reiteratur verba prædicta, & sumpta sunt ab Aug. in lib. de bono coniugali. Sic ergo patet, quod irregularitas non tollitur per baptismum.

Conclusio quaestionis.

Ad oppositum.

Ad primam partem.

ARGUMENTVM pro parte ista gratia conclusionis concedo.

Ad auctoritatem primo adductam in oppositum cum reuerentia respondendum est, quod non statim auctoritati suae in hac parte, imo ecclesia sentit cum B. Aug. magis, quam cum B. Hieron. in hoc casu. Et hæc de illa quaestione dicta sufficiant.

CONSEQUENTER sequitur.

Vtrum liceat emere, vel vendere redditus ad vitam.

ET VIDETUR, quod non: quia vt habetur extra de vsuris. c. consuluit. Intentio plus accipiendi facit vsurarium: sed iste qui emit redditus ad vitam, facit contractum vsurarium qui illicitus est.

CONTRA, sicut habetur extra de vsuris. c. nauiganti. rub. dicitur sic, ratione dubij etiā huius excusatur qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, tunc amplius, quam vt valeat in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen eas tempore contractus non fuerat venditurus ecce, quod ratione dubij ille, qui plus accipit in contractu, quam dederit excusatur: sed in emptione, & venditione redditus ad vitam, dubium est vtrum vendens plus det, quam accipiat, & vtrum emens plus accipiat, quam det: ergo, siue vendens plus det, quam accipiat, & emens plus accipiat, quam det, videtur tamen, quod ratione dubij excusentur.

### CONCLUSIO.

Vtique potest in huiusmodi enim contractu aequitas iuris naturalis obseruari potest ita, vt nec emens, nec vendens notabiliter ledatur.

AD istam quaestionem respondeo, procedendo per hunc modum. Primo. n. videndum est, quomodo iuste mercationes in quibus tantum dat emens, quantum accipiat sunt lucratiuae. Secundo, quae sit differentia inter venditum, & mutuum, & quaedam alia. Tertio, quomodo liceat vendere terram ad vitam. Quarto quomodo pecuniam. Quinto quomodo terram hereditariam. Sexto, quomodo pecuniam hereditariam. Septimo mouenda sunt, quaedam dubitationes.

Quantum ad primum articulum sciendum est, quod vnus sit omnium princeps secundum quod sacra scriptura, & sancti testantur, & etiā non latuit gentiles cum dicitur phi. 12. meta. Vnus ergo princeps, certum est, quod omnes homines secundum rectum dictamen naturae debent subuenire subijunctis in contractibus suis, in quantum sunt viuentes sub vno principe, qui princeps Deus est. Nunc autem ita est, quod aliquae partes mundi abundant in aliquibus rebus vtilibus ad vsum humanum, in quibus alia terra deficiunt, & e converso, V. g. ista pars terrae abundat in blado, & deficit in vino, & alia abundat in vino, & deficit in blado. Similiter vna pars terrae in ouibus abundat, & deficit in equis, alia abundat in equis, & deficit in ouibus, & sic de rebus alijs ad vsum vitae humanae necessarijs, & ideo rationis naturalis iudicium rectum est, quod terra, quae abundat in vna re apta vsui humano subueniat alij parti terrae, quae in hoc deficit, vt illa, quae abundat in blado subueniat alij parti terrae, quae deficit in blado, & recipiat et subuentionem ab illa, quae abundat in vino, & sic in vno exercitu militantes sub vno principe subijunctis subueniant in mutuis indigentijs. Certum est autem, quod in terra, vbi abundat bladam, minus debet reprobari bladam, quam in terra in qua deficit, & Rich. Med. Quolib. E simili-

similiter dico de vino, & de rebus alijs ad vsu viræ humanæ necessarijs. Cum ergo terra deficiens in blado, & abundans in vino recipiat sextarium bladi ab illa terra, quæ abundat in blado, & deficit in vino, & ministret dolium vini illi terræ, quæ deficiebat in vino, & abundabat in blado, fit mercatio secundum rectum iudicium rationis, & tantum dat munus, quantum accipit, & tamen est illud mercatio lucratiua. Sextarium. n. bladi in terra, quæ abundat in vino, plus valet, quæ dolium vini in terra illa, & dolium vini in terra deficiente in vino, & abundante in blado, plus valebit in terra illa, quæ sextarium bladi, & potest contingere, quod sextarium bladi in terra deficiente in blado æqualiter valebit, sicut dolium vini in terra deficiente in vino. Et sic vides, quod ille qui ministravit bladum recepit rem æqualis valoris pro blado suo, hoc est dolium vini, & ille qui ministravit vinum, recepit rem æqualem pro vino suo, hoc est sextarium, & cum hoc vterque lucratus est: quia ministranti bladum plus valuit dolium vini, & ministranti vinum, plus valuit sextarium bladi. Sed quia secundum philosopho. 5. Ethico. difficile erat sic portare rem, pro re, quotienscunq; homines indigent maxime propter longa spatia terrarum, & pericula viarum, ideo inuenta est communis mensura venalium, & hoc est numisma. Potes ergo videre, quod si aliquis accipiat bladum in aliqua mensura determinata in terra in qua est in magna abundantia, & portet ad terram aliquam, quæ penuriam bladi patitur, & recipiat ibi multo maiorem pecuniam pro blado suo, quam recipisset in terra sua ubi bladum abundat, si ibi fuisset venditum, talis lucratur, & est venditio, & mercatio iusta: quia non plus dat, quam accipiat in terra in qua vendit bladum, & alij etiam lucrantur, quorum necessitati per istam mercationem subuenitur. Sic ergo vides, quod fuit primo propositum. scilicet quomodo mercationes iustæ in quibus tantum dat emens, quantum accipit lucratiua sunt. Et hæc de primo articulo dicta sint.

**Secundus Articulus.** Secundo videndum est, quæ sit differentia inter mutuum, commodatum, locatum, venditum, & donatum, præcarium, & depositum, ac permutatum, & pignus. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod mutuum est aliquid translatum ab aliquo in alterius dominium, & possessionem, obligans recipientem ad æqualia mutuantem. Et est de natura istius contractus, quod sit gratuitus, mutuum enim, nisi gratuitum statim est usura. Vnde in Evangelio secundum Lucam. Mutuum date nihil tamen sperantes, quæ auctoritas allegatur extra de usuris. c. consuluit. **Commodatum quid.** Commodatum est alicuius rei ad aliquem speciale usum gratuita facta concessio, in quo contractu commodans retinet illius rei, quam commodat dominium, & possessionem, & est commodati natura, ut res ipsa restituatur, & hoc est de iure naturali.

Locatum autem est alicuius rei ad aliquem speciale usum non gratuita facta concessio: sed pro precio. Venditum autem est aliquid pro precio datum, & est natura istius contractus, ut ipsius rei venditæ lucrum, & damnum pertineat ad emptorem.

Donatum autem est aliquid, quod mera liberalitate, & nullo cogente, ab alio alij concessum est, ita ut res concessa transeat in dominium, & possessionem recipientis, & dico ex mera liberalitate, quare si ex necessitate fiat, proprie non est donatio: ergo natura donationis est, ut ille cui res donatur illius rei efficiatur Dominus.

Est autem præcarium, quod precibus petenti vendendum conceditur, quod diu concessit qui patitur, ut habes extra de præcariorum. c. vlt. Item præcarium dicitur pignus obligatum creditori, a creditore debitori concessum ad vendendum quod diu patitur qui concessit. Item præcaria dicitur donatio ad preces facta usque ad mortem accipientis, de hoc 12. q. 2. sepe. Item præcaria dicuntur contractus ad preces facti usque ad mortem accipientis, & de hoc contractu, etiam habetur extra de præcariis. c. vlti. Item præcaria dicuntur contractus inuitus ad preces aliquorum usque ad quinquennium renouandum, extra de præcariis. c. 1. vbi de hoc, & quantum ad propositum nostrum sufficiant istæ acceptationes præcarii.

Depositum autem est, quod ad custodiam alicui est traditum, & de natura depositi est, ut res deposita petenti reddatur, exceptis aliquibus casibus, qui in iure excipiuntur, & quibusdam forte alijs quos naturali iudicio oportet relinqui, eo quod lex data est de naturalibus; & ideo oportet multa dimittere recto iudicio rationis, ut applicet vniuersalia particularibus diuersi mode omnibus circumstantiis simul inspectis, & consideratis, & ideo voluit philosopho. 6. Ethic. esse quandam virtutem, quæ epichiam vocat, per quam ratio dirigitur in diuersi modo applicando legem datam in vniuersali diuersi casibus participatibus. Permutatum vero est, quod pro re alia est datum, ut cum datur cultellus pro cultello non intelligo pecuniam: sed re alij cuius pecunia precium est, quia cum datur aliqua res pro pecunia non est permutatio: sed venditio. Pignus autem, est res obligata pro debito ad securitatem creditoris: quia tutus est incubere pignori, quod agere in personam. Hæc autem, quæ in 2. arti. dicta sunt, quæ sunt, quædam grossa, ideo tamen dicta sunt, ut videamus, ad quæ modum contractus reduci debeat emptio reddituum ad vitam data, data certa summa pecuniæ, ut sic melius possit videri, utrum debeat contractus licitus, vel illicitus iudicari. Et hæc de 2. articulo dicta sint.

Tertio videndum est, quomodo liceat emere terram ad vitam, & breuiter quacumque aliam rem a pecunia humanis visibus deputatam. Ad cuius intelligentiam, sciendum est, quod talis contractus ex forma sua non debet iudicari, nec usurarius, nec illicitus, potest. n. licite fieri, in casu tamen posset esse casus illicitus, si enim in illo contractu seruetur

seruetur æqualitas, quæ attendi debet inter ementem, & vendentem licitus contractus est, si autem fiat cum quadam corruptione æquitate iuris naturalis, contractus est illicitus. Corruptio. n. æquitate iuris naturalis viciat contractus emptio. & vendi. Ad sciendum autem quomodo in hoc contractu seruetur æquitas iuris naturalis, & quomodo corrumpatur. Notandum est, quod æquitas iuris naturalis hoc requirit, ut inter ementem, & vendentem seruetur ista æqualitas, ut res, quæ dat emens tamen valeat, quantum res, quæ accipitur a vendente. Si autem vendens plus accipiet ab emente, quæ res valeat, quæ emens a vendente recipit, tunc corrumpitur in isto casu æquitas iuris naturalis, ex parte vendentis. Si autem res, quæ venditur plus valeat, quæ precium, quod recipit vendens ab emente, tunc in isto contractu est corruptio æquitate iuris naturalis ex parte ementis. Non est tamen sic intelligendum, quod quantumcumque paruus excessus, vel precij ultra rem venditam, vel rei venditæ ultra precium corrumpat æquitate iuris naturalis, quare illa æquitas, quæ debet obseruari inter vendentem, & ementem secundum veritatem iuris naturalis in magna latitudine consistit: vnde corruptio illius æquitate, in qua est corruptio iuris naturalis, tunc iudicari debet, quantum tantus est excessus precij ultra rem venditam, vel rei venditæ ultra precium, quod illa inæqualitate notabiliter secundum exigentiam rei venditæ, vel emptæ ledit. Vnde, & statuerunt iura, quod si emens, vel vendens in contractu decipitur ultra dimidietatem iusti precij, potest recedere a contractu, vel agere ad iusti precij supplementationem, & hoc probatur per illud, quod habetur extra de venditione, & emptione cum causa. V. g. res valet decem, & emens dat 16. hic emens decipitur ultra dimidietatem iusti precij: quia dimidietas iusti precij quinque; & ipse decipitur dando sex. Si autem res, quæ valet decem datur a vendente pro quatuor decipitur vendens ultra dimidietatem iusti precij: quia dimidietas iusti precij est 5. & ipse decipitur in sex secundum ergo ista in casu isto corrumpitur æqualitas, quæ debet obseruari inter vendentem, & ementem secundum æquitate iuris naturalis, in foro tamen conscientie bene conficitur contractus, quæ vendens decipiatur inter dimidietatem iusti precij, vel emens: sed quantumcumque est excessus iusti precij ultra rem venditam, vel rei venditæ ultra precium, ita, quod clare videtur, quod emens, vel vendens notabiliter læditur secundum exigentiam rei venditæ, & dico secundum exigentiam rei venditæ: quia aliqua læsio non diceretur notabilis secundum se, quæ tamen notabilis diceretur per comparisonem ad rem emptam, vel venditam, sicut quæ res vendita est parui valoris. Cum ergo in emptione alicuius prædij ad vitam ementis, datur precium tantæ quantitatis, quod compensata ementis ætate, & ementis sanitate, vel infirmitate, & periculis, quæ accidenter possunt vitam abbreviare, & periculis, quæ circa fru-

ctus prædiorum potest accidere, & laboribus, & solitudinibus, quæ circa hoc requiruntur, non videri in isto contractu emens. scilicet vel vendens, tunc dico, quod contractus licitus est, & tunc si aliquo casu emens moriatur antequam de fructibus prædij totam pecuniam suam recuperauerit, non tenetur vendens ad restitutionem aliquid hæredibus illius, vel alicui alij. Si autem emens tamen viuat, quod recipiat ultra sortem, non tenetur ad restituendum vendenti, nec alicui alij. Si autem in emptione prædij ad vitam ementis dare videri, quod emens, vel vendens in isto contractu habet priorem partem notabiliter compensata prædij quantitate, & ementis ætate, & ementis sanitate, & infirmitate, & periculis, quæ potest vitam accidentaliter abbreviare, & periculis, quæ circa fructus prædiorum potest accidere, & laborem, curam, & sollicitudinem, quæ oportet ementem circa fructus prædiorum habere, & compensatis alijs circumstantijs, ad quas recta ratio docet in tali contractu aspicere, sic dico, quod iste contractus est illicitus: quia ibi corrumpitur illa æqualitas, quæ secundum æquitate iuris naturalis obseruari oportet inter ementem, & vendentem, & sic corrumpitur quantumcumque; ex parte vendentis, cum clarum est, quod vendens meliorem partem habet notabiliter quandoque; ex parte ementis, cum clarum est ipsum meliorem habet partem, & sic visum est, quomodo licitum est terram emere ad vitam ementis, & hæc de tertio articulo dicta sint.

Quarto videndum est, quomodo licet emere pecuniam ad vitam ementis. Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod aliqui magni voluerunt talem contractum esse illicitum ex forma contractus quia sicut ipsi dicunt, talis contractus non est proprie contractus emptio. & vendi. quia pecunia ad hoc inuenta est, ut sit mensura, & precium rerum, quæ venduntur, & emuntur, non ad hoc, ut sit extremum venditionis, vel emptio. Vnde etiam concordant iura, quod pecunia non venditur, nec emitur, ita, ut proprie sit ibi emptio, & venditio. Vnde dicunt ipsi cum emitur pecunia sicut annus redditus ad vitam ementis: quantum nominetur nomine emptio, tamen proprie emptio non est, neque potest dici præcarium, nec locatio, neque donatio, nec permutatio potest proprie dici, nec pignoratium, nec comodatum, nec et potest dici depositum alicuius rei pro custodia apud aliquem, & hoc patet ex descriptione istorum posita in articulo 2. Restat ergo, quod ibi sit contractus mutui, quantum nominetur nomine emptio, vel venditionis: sed in contractu mutui accipere aliquid ultra sortem est. Vnde in Evangelio secundum Lucam dicitur. Mutuum date nihil inde sperantes, quæ auctoritas recitatur extra de usuris. c. consuluit, & sic restat, quod emere pecuniam tanquam annuum redditum ad vitam ementis, contractus est illicitus ex forma contractus. Et habent hij pro se magnos Doctores in iure. Mihi autem sine præiudicio non videtur iste Rich. Med. Quolib. E 2 con

contractus ex forma sui illicitus: quia ego nō dico ibi esse contractum mutui: sed emptionis contractum, & venditionis, non proprie, ideo possumus dicere, q̄ ibi res empta sit pecunia. Sed emēs data certa summa pecuniæ tanq̄ precio emit, & vendente ius percipiendi ab ipso certā quantitatem pecuniæ annuatim ad vitā suam, hoc est ad vitā ementis, ius autem percipiendi aliq̄ quantitatem pecuniæ annuatim nō est pecunia, & sic pecunia non emitur. Simile voluit quidā dicere per verba alia, q̄ emens a vendente non emit pecuniam: sed obligationē ipsius vendentis ipsi ementi ad dandum sibi certā pecuniæ quantitatem annuatim, obligatio autem ipsius vendētis ad reddendā ementi certam quantitatem pecuniæ annuatim q̄ diu vivit emens, non est pecunia. Melius tamen sonat, q̄ prius dicebatur. f. q̄ emens emat a vendente ius percipiendi certam quantitatem pecuniæ annuatim ab eo, q̄ diu durat vita ipsius ementis, sic ergo patet, quōd non debet dici ille cōtractus mutui: sed cōtractus empr. & vēdi.

Præterea nihil differt in cōspectu Dei emere certam quantitatem pecuniæ pro annuo reddito ad vitam ementis mediate, vel immediate: sed emere prædium ad vitam ementis, non est cōtractus illicitus ex sua forma, sicut dictū est in articulo tertio, & etiam cōcedunt aliqui qui hoc negant de cōtractu in quo dicitur emi pecuniam pro annuo reddito ad vitam ementis. Sed prædium, q̄ emit emens ad vitam suā, potest alij tradere sub annuo censu q̄ diu vivit ipse qui emit prædium, potest. n. facere talem contractum cum vicino suo dicendo sic. Ego emi tale prædium ad vitam meā, & id prædiū tradam tibi q̄ diu vivā tali pacto, q̄ annuatim reddas mihi pro ipso prædio talem quantitatem pecuniæ, q̄ diu ego vivam, iste contractus licitus est: quia iste vendit prædium, q̄ erat suū ad vitam suam, & alius emit ipsum prædium pro certa summa pecuniæ annuatim reddenda ad vitam ipsius qui primo prædium emerat, & postea isti vendidit: ergo mediate emptione ipsius prædij, q̄ postea vendidit alteri pro pecunia, qua primo prædium emerat habet certam quantitatem pecuniæ ad vitam suā annuatim. Verbi gratia Rober. pro cētum lib. sibi emit a Martino prædium vnum, postea Rober. prædium illud, q̄ emerat a Martino, tradidit Titio ad tenendum per totam vitam Roberti, tali pacto, q̄ Titius teneatur reddere Roberto, q̄ diu vivit Robertus, decem libras parvas, & sic a primo Rober. pro centum libris, habet decem libras annuatim ab ipso Titio mediate emptione, & venditione ipsius prædij. Si vero nihil differt in conspectu Dei acquirere annum redditum in pecunia ad vitam propriam pro certa summa pecuniæ mediate, vel immediate, modo licito potest acquiri mediate, vt Paulo post ostēsum est, sequitur etiā, q̄ licite potest fieri immediate, sicut ergo Rober.

pro centum lib. obligavit Titium ad reddendū sibi decem lib. parvas annuatim ad vitam suā per hoc, q̄ prædium tradidit sibi sub tali pacto prædium, in q̄ quod ante emerat pro centum libris a Martino, ita videtur, q̄ per hoc potuit facere licite immediate dando centum lib. ipse si Martino pro iure percipiendi 10. lib. annuatim per totā vitā suam, sic ergo patet, q̄ talis contractus ex forma sua non est illicitus in aliis quibus, in aliquibus tamē casibus illicitus est.

Descendamus ergo ad modum quō cōtractus est licitus, & quō illicitus. Ad huius intelligentiam sciendū, q̄ iste cōtractus licitus est, q̄ inter ementem, & vendentem servatur illa æqualitas, q̄ requirit æquitas iuris naturalis, hoc est, q̄ ponderata ementis ætate, & sanitate, vel infirmitate, & periculis, quæ p̄nt vitam abbreviare, & cōpensatis alijs circumstantijs, quæ debent inspicī, etiā compensata quantitate precij, q̄ datur ab emēte, nō potest discerni faciliter vtrum meliorem partem notabiliter habeat in isto cōtractu vendēs, vel emens. Vnde, & si emens moriatur anteq̄ sortem recipiat vendens non debet, vel nō tenetur aliquid restituere de precio, similiter si emens tātum vivat, q̄ recipiat vltra sortem non tenetur aliquid restituere de recepto. Si autem cōpensatis his, quæ dicta sunt liquido appareat, q̄ emens habeat meliorem partem in cōtractu notabiliter, per hoc, q̄ alijs circumstantijs cōpensatis dedit precium minus paruum notabiliter, sic dico, q̄ cōtractus est illicitus ex parte ementis, corrumpitur illa æqualitas, q̄ requirit æquitas iuris naturalis in cōtractu. Si autē compensata emētis senectute, & corporis infirmitate, & precij quantitate liquido appareat, q̄ vendēs habeat meliorem partem notabiliter in cōtractu per hoc, q̄ accepit precium notabiliter nimis magnū, sic dico, q̄ cōtractus illicitus est ex parte vendentis, eo q̄ ex parte videntis est corruptio illius æqualitatis, quæ debet esse in cōtractu scđm æqualitatem iuris naturalis, & q̄ est inæqualitas notabilis, quæ supradicta est ex parte ementis, tunc v̄ mihi vnū de istis duobus, aut q̄ teneatur ad suppletionem iusti precij, aut ad restituendum totum illud, q̄ accepit vltra sortem. Cum autem ista corruptio æquitatis iuris naturalis est ex parte vendētis, tunc tenetur vendens reddere illud, quod accepit vltra iustum precium, aut rem empram dimittere in manu hæredis illius qui emerat quousq; de re empta recipiat sortem. Et hæc de quarto articulo dicta sufficiant.

Quinto videndum, quō licet emere terram hæreditariā. Ad cuius intelligentiam sciendū, q̄ emere terram hæreditariā contractus licitus est ex sua forma. Ita est. n. contractus emptionis, & venditionis nature, potest tamen esse illicitus in casu, tunc autem illicitus est contractus, quando compensata precij quantitate, & terræ empræ bonitate, & omnibus circum-

circumstantijs ex quibus res empta debet dici melior, & cōpensata ex alia parte omnibus circumstantijs, quæ precium reddunt gratiofius, sicut est forte habere fauorē ementis, & sic de alijs, tanta æqualitas observatur in cōtractu, q̄ non apparet liquido, quis eorū notabiliter meliorem partem habeat in cōtractu, sic. n. non corrumpitur æqualitas iuris naturalis in cōtractu, nec ex parte ementis, nec ex parte vendētis. Si autem liquido appareat, q̄ precium, q̄ dat emens est notabiliter nimis paruum, sic dico, q̄ cōtractus est illicitus ex parte ementis: quia ex parte ementis est corruptio æquitatis iuris naturalis, quæ debet observari in cōtractu emptio. & vendi. & dico, q̄ tenetur emens in foro conscientiæ ad suppletionem iusti precij, & si esset precium ita, q̄ esset ad minus dimiditate iusti precij, vt forte: quia terra valebat decem, & non dedit, nisi quatuor, tunc dico, q̄ emens tenetur ad suppletionem iusti precij et in foro iudicij, aut, q̄ vendens posset recedere a cōtractu. Si autem terra, quæ veditur est ita parvi valoris, & precij, q̄ datur ab emente est ita magnū, q̄ liquide appareat, q̄ precium notabiliter excedat valorē rei empræ, tunc vendēs tenetur in foro conscientiæ restituere, q̄ accepit vltra iustum precium, & si precium nota excederet valorē rei empræ, q̄ illi, & accessus esset vltra dimidietatē iusti precij, tunc etiā vendens tenetur in foro iudicij restituere illud, q̄ accepit vltra iustum precium, aut emens posset recedere a cōtractu. Et hæc de 5. artic. dicta sint.

Sextus Articulus.

Sexto videndum est, quō licitum est emere pecuniam hæreditariā. Ad cuius intelligentiā sciendum, q̄ quidam voluerunt, q̄ emere redditus in pecunia, q̄ aliqui vocant contractum burſalem illicitum est, siue fiat ad vitā ementis, siue hæreditariā eo, q̄ pecunia inuenta est ad hoc, vt sit mediū, & precium, & mensura in emptio. & vendi. non ad hoc, vt ematur, vel v̄ datur, & ideo in emptione pecuniæ est vsus illius rei non ad illud, ad q̄ res instituta est. Sed qui vitur re non ad id, ad q̄ instituta est abutitur ea. In emptione ergo pecuniæ sub certa quantitate annuatim reddere est abusus, & sic cōtractus est illicitus ex sua forma, siue fiat ad vitā, siue hæreditariā, & maxime si talis contractus non videatur posse reduci, nisi ad contractum mutui. Vnde accipere vltra sortem intuitu ipsius mutui semper vsura est, quā autē ista sit opinio aliquorum magistrorum non v̄ tamē mihi dicendū, q̄ cōtractus sit licitus ex sua forma: quia ibi pecunia non emittitur: sed emitur ius percipiendi talē quantitatem pecuniæ super bonis ipsius vendētis quolibet anno, siue ad vitam ementis, siue hæreditariæ pecunia non est, & cum isto iure, & potest vendi transit pecunia, quæ directe vendi nō potest nec emi. Bene. n. videmus aliquid, q̄ emi, vel vendi non debet, transire cū eo, q̄ emitur, sicut ius parro. directe vendi, vel emi nō potest: sed transit cū

fundo prædij, vel villæ, quæ emitur, quā alia de causa ius patro. non debeat emi, vel vendi, & alia de causa pecunia, ius. n. patronatus nō veditur neq; emitur, quia est aliquid annexum spiritali. Pecunia autem directe neq; emitur, neq; veditur: quia ad hoc inuenta est, vt sit precium mensura, & medium in emptio. & vendi.

Præterea homo licite pro cētum libris posset emere vnū prædium hæreditariā, & postea illud prædiū posset dare alij hæreditariæ sub tali pacto, q̄ ille, & hæredes sui obligarentur in perpetuū ad reddendū illi quolibet anno centum sol. paruos, vel hæredibus illius, & sic a primo iste pro cētum libris haberet centū sol. hæreditariā mediate emptione, & traditione ipsius prædij: ergo cum in conspectu Dei nō differat hoc facere mediate, vel immediate videtur, q̄ licite pro cētum libris emere potest ius percipiendi centum sol. quolibet anno hæreditariā. Contractus ergo non est illicitus ex sua forma, tñ non est cōtractus ita honestus, hoc est dictū ita decens sicut est cōtractus prædialis eo, q̄ non ita v̄ quid est, q̄ emitur in isto cōtractu, sicut in prædiali, & quia etiam in fructibus prædiorum possunt accidere multa impedimenta, & oportet apponere multam sollicitudinē, ideo in omni cōtractu in quo emitur prædium, siue ad vitam, siue hæreditariā magis apparet dare æqualitas, q̄ in illo cōtractu in quo emitur ius percipiendi certam summam pecuniæ annuatim, siue ad vitam, siue hæreditariā. Potest tñ iste cōtractus male fieri, & ex parte ementis, & ex parte vendentis, ex parte emētis male fit quā ex parte sua corrumpitur illa æqualitas, q̄ requirit illa æquitas iuris naturalis inter ementē, & vendentem, tunc autē illa æqualitas corrumpitur ex parte ementis, q̄ clarum est, q̄ precium notabiliter nimis paruum, & tunc emēs tenet aut q̄tare cōtractū, aut facere iusti precij suppletionē, tenet in q̄, vel in foro cōscientiæ tm, vel q̄q; in foro cōscientiæ, & in foro iudiciali simul. f. q̄ precium est minus diminute iusti precij, vt q̄ iustum precium esset. 10. & ipse nō daret, nisi 4. cori upitur aut supradicta æqualitas ex parte videntis. f. q̄ vendit re p̄ precio ita magno, q̄ clarū est, q̄ tale precium notabiliter excedit valorē rei veditæ, & tunc tenet v̄dēs ad restituendū illud, q̄ accepit vltra iustum precium p̄ re vedita, aut saltē q̄tare cōtractū, regulare. n. ē, q̄ cōtractus emptio. & vedit. illicitus est, cū in eo nō observat æq̄tas iuris naturalis, eā in magna latitudine cōsiderādo, vt supradictū ē, cū at precium, & res vedita sic ad æqualitatem accedūt, vt nō faciliter iudicet notabilis excessus rei veditæ sup precium, nec precij supra re veditā, ita vt nō clare ibi appareat aliquē enormiter lædi scđm exigentiā rei veditæ, tunc dico, q̄ licitus est iste cōtractus, q̄tū est ex parte sua, hoc dico: q̄ ad huc posset esse mala intentio in emēte, & vendente, & ambitiosa cupiditas. Sic ergo visum est, q̄ cōtractus quo emitur ius percipiendi aliquā



certam pecuniæ quantitatem annuatim, siue ad vitam, siue hæreditariæ non est contractus illicitus ex sua forma, neque tanquam contrarius iuri naturali: quia ibi potest obseruari iuris naturalis æquitas, vt ostensum est, nec tanquam contrarius iuri diuino, nec iuri positiuo, vt videtur: quia talem contractum non inuenio prohibitum, quod ego sciam, nec in iure diuino, nec in iure positiuo, quamuis prohibeatur vsura supra diuino triplici iure, hoc est iure naturali, iure diuino, & iure positiuo. Et hæc de sexto articulo dicta sunt.

**Septimus articulus. Dubium primum.**  
Septimo mouendæ sunt, quædam dubitationes super prædictis, & remouendæ. Dicta sunt enim tria super quibus possent dubitationes oriri, dictum est enim, quod ad hoc, quod contractus emptionis, & venditionis sit licitus oportet, quod seruetur æqualitas inter ementem, & vendentem, ita vt nõ videatur clare notabilis excessus rei venditæ super rem emptã, vel econuerso, ex quo posset videri aliquibus, quod hæc includat mercationes lucratiuas esse illicitas, quia si in venditione licita tantum valet precium, quantum res empta, & econuerso, tunc in emptione licita non lucrantur, nec emens, nec vendens. Hæc autem dubitatio faciliter remouetur si attendantur ea, quæ in primo articulo dicta sunt. Dimidium enim modium bladi hic valet, c. solidis, & in terra vbi deficit bladum valet octo libras, & dolium vini in terra illa valet. ca. solidis, & hic octo libras, si ego accipio. c. solidos, quod est precium dimidij modij bladi in terra ista, & do alij de terra in qua dolium vini valet. c. solidis, emendo vinum in terra illa, quantum ibi valet, & postea si facio portari illud dolium vini ad terram istam vendo hic pro octo libris, quantum hic valet, & sic forte remanebit mihi de lucro deductis expensis necessarijs. 30. sol. ecce, quod pro centum solidis emendo rem, quantum valet, & vendendo, quantum valet lucratus sum. 30. solidos. Similiter ille a quo emi vinum pro centum solidis, emet hic de illis. c. solidis dimidium modium bladi, & faciat portari ad terram suam vbi valet octo libris, & sic forte deductis expensis iuncturæ remanebunt sibi. 30. sol. de lucro, & sic vendendo rem, & emendo, quantum valet de suo dolio vini lucratus est triginta solidos. Vides ergo, quãdo possent esse iustæ in mercationes lucratiuæ, propter mutuam indigentiam in diuersis partibus mundi.

**Obiectio. Responsio.**

Sed tunc posset aliquis dubitare dicendo, quod tunc non posset esse iusta mercatio lucratiua cum homo mercatur cum vicino suo in eadem villa. Et dico, quod imo, quia potest esse, quod vnus habeat indigentiam bladi, & superabundantiam vini, alius econuerso, & sic tunc vendit mensuram bladi, & pro illa pecunia emit mensuram vini, lucratur: quia pro re illa, quæ superabundabat ipse acquirat sibi re necessariam. Ille autem qui pro re, quæ non

est sibi necessaria acquirat rem sibi necessariã lucratur, quãuis illæ res ex parte sua sint æquivalentes. Similiter ille qui superabundabat in vino, & deficiebat in blado, potest vendere mensuram vini, & pro precio emere mensurã bladi æquivalentem, & sic lucratur: quia pro re in qua superabundat emit sibi rem necessariam, & in hoc est lucrum, squamuis illæ res ex parte sua æquivalentes.

Præterea potest esse, quod & si iste habeat superabundantiam bladi, & alius superabundantiam vini, quod iste pro precio bladi emet æquivalentem mensuram de vino, & alius pro mensura vini emet de blado, & tunc iste, qui emit vinum portabit ad terram, quæ deficit in vino, & alius qui emit bladum portabit ad terram, quæ deficit de blado, & lucrabitur forte iste pro blado, quod emit magis, quàm fuisset lucratus de vino, quod vendidit: quia forte comodus potest ire ad terram deficientem in vino, & melius forte vendere bladum; scire vinum. Alius autem econuerso. Et sic primo vterque lucratus est propter contractum licitum, quem facit cum vicino suo. Et possent poni alij modi mercationum lucratiuarum seruata æqualitate de qua supradictum est, quæ attenditur in satis magna latitudine inter precium, & re venditã.

**Possent etiam dubitari super hoc, quod dictum est, quod emere redditus ad vitam siue ematur prædiũ, siue ematur ius percipiendi pecuniam, contractus est illicitus, quando clarum est, quod emens habet in contractu partem meliorem notabiliter: quia videmus viros, & mulieres 25. annorum emere redditus ad vitam pro precio tali, quod infra octo annos recipiunt forte, & quãuis possent mori infra illos octo annos, tamen clarum est, quod probabilius est, quod viuere debeant in duplo, & frequentius hoc accidit, & sic clarum est, quod in isto contractu emens habet meliorem partem notabiliter: quia habet in fauorem suum illud, quod accidit frequentius. s. quod mulier sana 25. annorum adhuc viuat plusquam per octo annos. Vendens autem habet in fauorem suum illud, quod accidit raro. s. quod sana mulier 30. annorum moriatur infra octo annos, & sic vñ aperta inæqualitas in contractu, & tñ iste contractus nõ inuenitur reprobatus in iure, imo ab ecclesia tolerat, & a multis sapiētibus cõsultit.**

**Ego saluo meliori iudicio in prædicto casu contractum excusabilem nõ video in foro cõscientiæ, nisi illa iuuenis mulier esset tot infirmitatibus grauata, vel tot periculis mortis exposita, quod non clare videtur quid istorum probabilius esset, aut ipsam viuere per tantum tempus, quod vendens ledatur notabiliter pro exigentia rei venditæ, aut ipsam mori intra octo annos, vel vbi aliquod probabile periculum esset de impedimento solutionis rei emptæ, tantum enim posset esse periculum de impedimento superueniente circa solutionem**

**Dubium tertium.**

tionem rei emptæ, quæ dubitatio non possidendi pacifice rem emptam, contractum posset reducere ad æqualitatem.

**Possent etiam dubitari super hoc, quod dictum est, quod emere redditus hæreditariæ, siue ematur prædiũ, siue ius percipiendi quolibet anno certam quantitatem pecuniæ non est contractus illicitus ex sua forma, cum clarum sit, quod ibi semper est notabilis excessus precij super rem emptam: quia clarum est, quod ipse emens, vel hæredes sui notabiliter recipient ultra sortem.**

**Solutio.**

Hoc autem sic dubium remoueri potest: quia ius naturale dicit, quod res sit amabilis magis in seipso, quàm in filio, & magis in filio quàm in nepote, & in nepote magis, quàm in pronepote: vnde ius naturale nullum dicit, nec etiam ius positiuum, quod iste qui emit istam hæreditariã tantum teneatur dare pro ista, quantum probabile est, quod debeat inde recipere ipsa per vitam suam, & filius suus per vitam suam, & nepos per vitam suam, & pro nepos per vitam suam, & sic deinceps: quia sic res, quæ emitur hæreditariã non posset cadere bene sub æstimatione: sed habendo aspectum, ad quatum debet diligere rem pro seipso, & pro filio, & pro nepote, sic vsque ad aliquem gradum determinatum debet emens precium proportionare rei emptæ, & sic contractus licitus est: quia emitur res, quantum valet, vel saltem non apparet ibi aliquis notabilis excessus. Non ergo decipiant aliqui semetipsos credendo, quod si emunt aliquos redditus hæreditariæ, & darentur eis pro ita paruo precio, sicut dantur ad vitam, quod propter hoc contractus licitus sit: quia si aliquis contractus in quo emuntur redditus ad vitam est illicitus propter paruitatem precij multo fortius esset illicitus, si pro precio ita paruo illi idem redditus hæreditariæ emerentur. Et ideo dicunt aliqui, quod quia Dominus videbat iudeos ambitiosos in emendo redditus hæreditario pro nimis paruo precio, volens nimis excessiuam inæqualitatem prohibere ab illo contractu, præcepit in lege, quod hæreditates venditæ in anno iubilei, hoc est in anno. 50. reuertentur ad pristinos possessores, quamuis, & istius præcepti fuerunt aliæ rationes. Hæc autem, quæ de ista quæstione dixi, volo sine præiudicio esse dicta, & sine assertionem alicuius ibi dicti, nisi illius, quod communiter tenetur a magistris.

**Ad argum. principale.**

Ad illud, quod arguitur, quod non liceat emere redditus ad vitam, propter hoc, quod intentio plus accipiendi facit vsuram, dico, quod verum est in contractu mutui. Contractus autem in quo emuntur redditus ad vitam non est contractus mutui: sed contractus emptionis, & venditionis, & hoc sufficit ad solutionem argumenti propositi.

**Notandum primum.**

Tamen ad intellectus illius vbi. Mutuum

date nihil inde sperantes, debes scire, quod hoc intelligitur, cum causa mutui principaliter ponitur in spe lucri: quia si simpliciter mutuat propter Deum, & secundo aliquam retributionem expectat sine pacto non credo, hoc esse illicitum: quia ille qui curialitatem recipit obligatur ad reddendam curialitatem, extra de vsuris. c. consuluit, vbi hæc expositio habetur in glosa.

Vnde etiam scire debes, quod si debitor creditorem volentem recipere pecuniam suam præuenit muneribus gratis, & postea negat eum, quod det dilationem propter amicitiam, vel propter Deum, & creditor propter hoc, quod videt gratuitatem illius det sibi biennio longitudo, vel beniuolam dilationem, quàm alias non dedisset, si eum vidisset ingratum. Si tamen dilationem dat principaliter propter Deum, vel propter amicitiam, non est vsurarius iudicandus, propter illud, quod munus recepit, nec tenetur ad illius muneris restitutionem, quamuis in dando dilationem aspexerit secundo ad illius gratitudinem a quo munus recepit.

Ad oppositum solutione indiget, quod emens non excusatur pro quocunq; dubio, nisi quando dubium est ita probabile, quod facit æqualitatem inter ementem, & vendentem. Vnde, quamuis dubium sit. Vtrum ista mulier. 15. annorum fortis, & sana, nec multis periculis mortis exposita viuat adhuc plusquam per octo annos, tamen non est dubium ita probabile, quod faciat æqualitatem in contractu, in quo emit redditus ad vitam suam pro precio ita paruo, quod receptura sit intra octo annos sortem: quia quamuis sit dubium vtrũ viuat per octo annos, tamen illud est clarum, quod magis probabile est, quod debeat viuere in duplo: quia hoc sepius accidit.

**CONSEQUENTER** sequitur.

### Q V A E S T I O XXIII.

*Vtrum aliquis possit licite emere, vel vendere aliquid annexum spirituali.*

**RESPONDETUR** videtur, quod sic: quia Abraham emit sepulturam, vt habetur Gene. 23. & non reprehenditur de hoc Abraham, cum tamen sepultura videatur aliquid spirituali annexum.

**CONTRA**, Magister senten. lib. 4. distin. 25. Dicit, quod quicquid alterum vendit, sine quo alterum non habetur neutrum inuentum derelinquit: ergo qui vendit annexum spirituali, vendit, & ipsum spirituale: sed spirituale vendi nõ potest: ergo annexum spirituale vendi non potest.

Rich. Med. Quolib. E 4 CON-

## CONCLUSIO.

*Imo potest non tamen ea omnia, quæ veluti antecedentia sunt ipsi spirituali annexa, sed nec ius ipsum decimas percipiendi.*

*Responso.*  
*Annexa spiritualibus sunt in triplici diffinitione.*  
**A D I S T A M** quæstionem respondeo, dicendo, quod quædam sunt annexa spirituali antecedenter, siue tanquam antecedentia, quædam tanquam conuenientia, & quædam tanquam consequentia annexa tanquam antecedentia sunt sicut ius patronatus, ex quo spiritualia conferuntur, & illud non licet vendere in spirituali: sed transit cum fundo, vel cum villa, quæ venditur, vel emitur. Quod autem ius patronatus fit quid annexum spirituali, habetur extra de iudicijs. Quanto diuina gratia: ubi dicitur causa vero iure patronatus, ita con iuncta est, & connexa spiritualibus causis, quoniam non, nisi ecclesiastico iudicio valeat diffiniri: & ibidem dicitur apparatus, quod ius patronatus non dicitur proprie spirituale, sed spirituali annexum, quod etiam vendi non possit in spirituali habetur extra de iure patronatus. De iure vero ubi dicitur, quod inconueniens est vendi ius patronatus, quod est spirituali annexum. Probatur etiam hoc per illud, quod habetur extra de symo. c. i. quærelam, ubi dicitur, quod sicut emi non potest, ita nec redimi ecclesia memorata, super quem locum dicitur apparatus, quod nullum spirituale, vel spirituali annexum potest emi, vel vendi. Quod autem transeat cum fundo, vel cum villa vendita, probatur per illud, quod habetur extra de iure patro. c. ex litteris. & c. cum ferui. Vnde etiam si datur villa ad firmam, ad quam spectat ius patronatus, si ius patronatus non excipiatur ille cui data est villa ad firmam posset representare clericum ad illam ecclesiam si vacaret, sicut habetur expressum de iure patro. in illo. c. ex litteris. Similiter annexa spiritualibus tanquam antecedentia sunt vasa sacra, in quibus spiritualia ministrantur, & hæc licet vendere, non habendo respectum ad formam consecrationis, ita tamen, vt alij ecclesiæ in eadem forma venduntur. Sed personæ seculari non debent vendi, nisi redacta in missam. Illa vero, quæ annexa sunt spiritualibus, sicut concomitantia sunt, sicut labores annexi spiritualibus officijs, & hæc quando homo non tenetur ad illa officia, locari possent, vt patet in predicatore quæstuario, & clerico legente psalterium pro defunctis, quando vero homo tenetur ad ista officia, tunc non potest vendere laborem suum annexum istis spiritualibus officijs. Annexa vero spiritualibus tanquam consequentia sunt, sicut perceptio decimarum, & huiusmodi beneficia, quæ competunt ex officio ecclesiastico, & ipsos fructus vendere licet: sed ius ipsum percipiendi cum spirituali sit ipsum vendi non potest.

*Ad oppositum.*  
**A R G V M E N T V M** pro parte ista gratia conclusionis concedi potest.

*Ad argum.*  
**A D A R G V M E N T V M** in oppositum. Respondeo cum enim obijcis de Abraam, dico, quod Abraam non emit annexum spirituali, sed emit illam speluncam pro loco sepulturæ. Vnde non emit illam sepulturam sicut emere tur, quidam fundus terræ, post emptionem ordinatam, nec terram benedictam, nec terram ante emptionem vsibus spiritualibus deputatam. Et hæc de ista quæstione dicta sufficiant.

**C O N S E Q V E N T E R** veniamus ad quæstiones, quæ respiciebant homines per comparisonem ad præbendas ecclesiasticas, quarum prima sit.

## Q V A E S T I O XXV.

*Utrum prælatus qui non vult præbendam, nisi conterraneos suos peccet.*

*Argum. 2.*  
**E T V I D E T V R**, quod nõ: quia magis tenetur eis, quam alijs: ergo præbendendo illos alijs non præbendis, non peccat.

*In oppositum.*  
**C O N T R A**, Actio. scribitur, & est verbum Petri. In veritate compi, quoniam non est acceptor personarum Deus: ergo prælati in collatione præbendarum nõ debent esse acceptores personarum: sed ille qui non vult præbendam, nisi conterraneos suos, est acceptor personarum in collatione præbendarum: ergo talis peccat. Item. 61. dist. decre. Nullus dicitur sic, tunc alter de altera eligatur ecclesia si de ciuitatis ipsius clero, cuius est Episcopus ordinandus, nullus, (quod euenire non credimus) dignus poterit reperiri. Et in eodem. c. dicitur glosator, quod extranei non sunt præponendi, vel præferendi ipsis de ecclesia. Ex hoc arguo sic, si in eligendo Episcopum non est præferendus extraneus illis de ecclesia si dignus reperitur: a simili videtur, quod Episcopus in conferendo beneficia non debet præferre extraneos illis de Episcopatu, si in Episcopatu digni nunciuntur.

## CONCLUSIO.

*Peccat eo, quod equitatem tollat, quam multis de causis obseruare deberet. Non peccaret tamẽ si ceteris paribus quos præbendat meliores inueniret.*

*Responso.*  
**A D I S T A M** quæstionem respondeo, quod prælati qui non vult præbendam, nisi compatriotas, seu cõterraneos suos peccat: quia hoc est in præiudicium intentionis fundatorum, & in præiudicium deuotionis populorum, & in præiudicium defensionis ecclesiarum, & in præiudicium pietatis, & in præiudicium honestatis. Dico, quod prælatum præbendam compatriotas suos tantum, hoc est in præiudicium intentionis fundatorum. Nobiles enim homines qui in aliquo Episcopatu fundauerunt præbendas, & si debuit eorum intentio esse principalis, vt Deus honoraretur, tamen præsumitur fuisse eorum intentio secundaria, vt clerici boni Deo seruientes inde sustentarentur, & maxime

xime illi de Episcopatu, vnde præsumitur fuisse eorum intentio, vt magis sustentarentur de illis præbendis clerici de Episcopatu, quam alij, dum tamen illi de Episcopatu inuenirentur ita boni: ergo prælatus præbendam compatriotas suos dimissis alijs melioribus de Episcopatu, videtur facere contra intentionem fundatorum. Dico etiam, quod facit contra deuotionem populi. Populus enim videns extraneos minus bonos in ecclesia, quæ ab indigenis fundata est promoueri, & meliores indigenas in paupertate remanere, ex hoc minorem deuotionem ad illam ecclesiam concipit, maxime, quia aspicit in prælato affectum carnalem nimis vigere, quod multum consuevit minuire populi deuotionem. Est etiam in præiudicium defensionis ecclesiarum: quia natiui de territorio potentiores consueuerunt esse in defensione ecclesiæ, quam extranei, & propter amicos, quos habet in terra, & quia ceteris paribus melius nouerunt iura, quæ debentur illis ecclesijs. Et videtur esse in præiudicium pietatis: pietas. n. hæc magis exigit, vt clerici, quorum prædecesores fundauerunt præbendas, vel ad fundationem coadiuuerunt, quorum etiam illius consanguinei, vel vicini in augmentatio ne, vel fundatione præbendarum de suis facultatibus liberaliter contulerunt, de illis præbendis coadiuuatur si sunt digni, quam extranei, quorum prædecesores parentes, seu consanguinei, vel vicini nihil de facultatibus suis posuerunt, vel contulerunt, neque in præbendarum illius ecclesiæ fundatione, nec augmentatione. Forte enim si ille præbendam fundatam non fuisset, & remansissent illæ possessiones in manibus secularium, ad illos forte clericos de Episcopatu non præbendatos ille possessiones deuenissent, vel ad aliquos amicos, vel vicinos eorum qui forte eis in victu, & vestitu prouiderent, cum ergo sicut aliqui prælati suos compatriotas præbendantes, & clericos de Episcopatu æque dignos, vel meliores dimittunt in in paupertate remanere, videntur præiudicium facere pietatis. Videtur etiam hoc esse in præiudicium equitatis, requirit enim equitas perfecta, vt illi plus habeant de bonis ecclesiasticis, qui omnibus computatis maiorem habent rationem plus habendi. Sed clerici de Episcopatu habent rationem maiorem plus habendi de bonis ecclesiarum illius Episcopatus, quam extranei: quia cum patria quoddam principium generationis sit accedit, quasi ad quandam similitudinem patris. Vnde, & nomina propinqua sunt pater, & patria, & ideo compatriotæ plus accedunt ad aliquod ius habendi in bonis patriæ ceteris paribus, quam extranei. Prælatus igitur qui non vult præbendam: sed præbendat tantum extraneos: quia sunt compatriotæ sui, si indigenæ ita boni sint sicut illi facit præiudicium æquitati: quia plus dat de bonis illius Episcopatus illis, qui minorem ha-

bent rationem habendi, maxime cum clerici de Episcopatu naturaliter magis afficiantur ad bonum patriæ, quam extranei. Quapropter Dominus volebat, quod filii Israel non eligerent, nisi de gente sua, eo quod aliqui non solent ita sicut indigenæ ad patriam affici, nec ad gentem: quapropter dicit Dominus Deut. 27. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui nõ sit frater tuus. Videtur etiam hoc esse in præiudicium honestatis, vt plurimum: quia quilibet naturaliter magis reputatur honorari in patria sua ceteris paribus, quam in aliena: & etiam grauius reputat de honorari in patria sua, quam in aliena: & etiam magis timent infamari in patria sua, quam in aliena: & ideo ceteris paribus magis cauent sibi clerici in patria sua ab illis malis, per quæ possent infamari, quam in terra aliena. Sequitur ergo, quod ceteris paribus clerici in terra propria magis zelant pro honestate sua, quam in terra aliena. Cum ergo in aliquo Episcopatu extranei promouentur, & indigenæ non promouentur, videtur, quod ab istis clericis qui in terra aliena promouentur aliquid de adiutorio honestatis detrahatur, quod haberent indigenæ si in terra sua promouerentur. Episcopus ergo qui non vult præbendam, nisi compatriotas suos, & non vult præbendam illos de Episcopatu qui sunt digni videtur facere aliquid præiudicium honestati. Ego tamen non nego quin Episcopus bene faciat præbendam aliquos compatriotas suos si eos omnibus computatis crediderit meliores, quam illos, quos nouit de Episcopatu suo, vel etiam si nouit alios de patria sua fecisse multa bona ecclesijs illius Episcopatus, cui præest, ego non dico esse irrationabile si illius qui sunt de genere illorum in Episcopatu suo prouideat, imo multum videtur rationi consonum, & honestum. Nullus tamen credat me velle dicere bona ecclesiastica iure successionis debere haberi, vel ratione consanguinitatis: quia hoc non esset verum, extra de præben. c. i. Sed qui omnibus computatis magis est ad honorem Dei & vtilitatem animarum, ille meliorem partem habeat in beneficijs ecclesiarum. extra de præben. super inordinata, ubi vult Dominus Papa, quod idoneis debent dari, & extra de insti. ad decorem.

*Ad oppositum.*  
**A R G V M E N T V M** quod probabat, quod prælatus qui non vult præbendam, nisi compatriotas suos peccet concedo.

*Ad argum.*  
**A D A R G V M E N T V M** in oppositum respondeo. Cum enim dicis, quod magis tenetur eis, quam alijs, dico, quod verum est ceteris paribus: sed si sui sunt boni, & alij de Episcopatu sunt meliores magis tenetur illis de Episcopatu, quia quamuis ratione patriæ magis teneretur suis, cetera tamen nõ sunt paria.

Item si illi de patria sua essent æque boni sicut illi de Episcopatu, & econuerso, adhuc non

non essent cetera paria, in quantum indigenis magis prouideri debet de bonis terræ, quam extraneis ceteris paribus. Si tamen compatriotæ sui essent meliores, quam illi de Episcopatu, non reputarem irrationabile, nec reprehensione dignum si magis compatriotis suis, quam illis de Episcopatu prouideret, rationabili tamen proportione seruata. Et hæc de prædicta, quæstione dicta sint sine præiudicio.

CONSEQUENTER sequitur.

QVÆSTIO XXVI.

Utrum ille qui habet plures præbendas in pluribus ecclesijs, teneatur plures dicere horas canonicas in die.

Argum. I. **VIDETUR**, quod sic: quia aliter ecclesiæ defraudarentur a seruitoribus suis: quia beneficia ecclesiastica propter diuina officia constituta sunt. 1. 2. q. 2. concessa, & 16. q. 1. generaliter: ergo quot sunt illi præbendæ, tot debent ibi esse tertiar, sextar, nonar, & sic de alijs horis.

CONTRA, usus communis est in contrarium, & toleratur.

CONCLUSIO.

Pluribus in Ecclesijs cum dispensatione præbendarum iura quidem omnium ipsarum ecclesiarum defendere debet plures tamen canonicas horas dicere non tenetur.

RESPONSO. AD ISTMAM quæstionem respondeo per hunc modum, quod ille qui est præbendatus in pluribus, ecclesijs aut habet illas plures præbendas sine dispensatione, aut cum dispensatione, si habet cum dispensatione, tunc dico, quod ille qui dispensauit cum eo precium, debet etiam dispensasse eum in ipso annexo, quod est horas reiterare: unde dico, quod talis non tenetur plures dicere horas canonicas in die, tenetur tamen ex iure naturæ iuuare illas ecclesias in quibus habet præbendas, hoc est in quamlibet illarum vnâ in causis licitis, & honestis, secundum quod posset bono modo, & maxime in spiritualium promotione: quia sicut Apostolus dicit. Qui altari seruiunt de altari viuere debent, ita dico a simili, quod qui de ecclesijs viuunt, ecclesijs seruire debent: unde qui est præbendatus in pluribus ecclesijs, si seruiat vni soli in earum horas canonicas dicendo, debet seruire alijs ecclesijs in quibus præbendatus est iura eorum defendendo, & promouendo, maxime iura spiritualia præstando modo licito, secundum quod sibi est possibile loco, & tempore, fauore, consilium, iuuamen, ab isto seruitio non debet præsumi exemptus per hoc, quod dispensatum est cum eo, ut in pluribus ecclesijs valeat esse præbendatus. Si autem habet illas plures præbendas sine dispensatione, tunc videtur, quod si quælibet illarum sufficiens est pro persona, quod ille illicite te-

net plures: unde qui habet vnum beneficium sufficiens per comparationem ad dignitatem personæ reputatur indignus ad illud illo priori beneficio retento. extra de præben. superinordinata, & glosa super eodem tit. & c. cum te neamur, in quo. c. dicit Dominus Papa sic. Si mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis, qui aliud beneficium habeat de quo valeant commode sustentari, nisi forte in literis de hac mentio habeatur, aut si non potes ei sine scandalo prouidere æquanimiter sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum. Ecce vult Dominus Papa, quod si aliquis impetrauerit litteram super aliquo beneficio obtinendo, in qua non fit mentio de alio beneficio, quod habebat de quo poterat commode sustentari, quod illa littera inefficax est, de quo potest assumi argumentum, quod talia plura beneficia sine dispensatione assumere non debet: quia talis ad impossibilia obligatur, quæuis, & aliæ sint rationes propter quas nullus debet esse in pluribus ecclesijs sine dispensatione præbendatus, si aliqua illarum præbendarum per se talis est, quod de illius possessione commode posset sustentari compensato statu, & dignitate personæ. Vtrum tamen talis teneatur dicere plures horas canonicas in die, aut non, non oportet respondere, cum talis illicite illas plures præbendas simul teneat, ut dictum est.

ARGUMENTUM quod concludit, quod ille qui per dispensationem est in pluribus ecclesijs præbendatus non teneatur plures in die dicere horas canonicas concedendum est.

AD ARGUMENTUM in oppositum. Respondeo. Cum enim dicitur, quod aliter ecclesiæ defraudarentur a seruitoribus suis & c. dico, quod cum ille clericus præbendatus est in pluribus ecclesijs per dispensationem, non debet ex hoc dici aliqua ecclesiæ defraudari, quia sicut dispensatio presumitur debet ex rationabili causa esse facta, ut forte, quia talis utilis est pro statu totius ecclesiæ: & sic ex consequenti seruitur cuiuslibet ecclesiæ particulari: aut quia ita necessarius est vni ecclesiæ, quod in hoc alia ecclesiæ debet reputari sibi seruitium exhiberi sicut seruitium, quod vni membro in aliqua membra per consequens noscitur redundare. Et hoc de prædicta quæstione sine præiudicio dicta sint.

CONSEQUENTER veniamus ad quæstiones, quæ fuerunt de religiosis, quarum prima ponatur hæc.

QVÆSTIO XXVII.

Utrum religiosi debeant suis detractoribus resistere.

Argum. I. **VIDETUR**, quod non: per quamdam glosam Gregorii, quæ habetur in 3. cano. Io. vbi dicitur sic, quod sicut linguas detrahentium nostro vicino non debemus excitare ne pereant, ita per suam nequitiam excitatus debemus æquanimiter tolerare, ut meritum nobis crescat, aliquando etiam compescere, ne dum de nobis disseminant mala, eorum qui audire bona poterant corda corumpant.

In oppositum.

CONTRA, dicit magister in prologo lib. sententiarum quod charitas retundit dentem caninum, Dens autem caninus est detractor: ergo ad charitatem spectat resistere detractoribus: sed opus charitatis spectat religiosi: ergo & c.

CONCLUSIO.

Propter famam conseruationem propterque iustitiæ zelum Religiosi debent suis detractoribus resistere.

Responsio. Diractio-ribus resistere ex triplici radice pullulare potest. Deut. 16. Fama bona quid valet.

AD ISTMAM quæstionem respondeo, quod resistere detractoribus suis hoc potest fieri, vel propter conseruationem fame, vel propter zelum iustitiæ, vel etiam zelo vindictæ. Primo modo opus bonum est, & religiosi licitum, dum tamen fiat per viam licitâ: quia sicut scriptum est in lege, iuste, quod iniustum est persequeris. Quod autem resistere detractoribus bonum sit propter conseruationem fame, patet si videamus, quod magnum bonum est bona fama, & quantum valet ad promotionem spiritualium. Quia propter scriptura Prouer. dicit sic. Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ, & Eccle. 7. Melius est nomen bonum, quam preciosa unguenta, & certe multum valet ad promotionem spiritualium, & cauendum peccatum in seipso, & ad promouendum bonum in alio, quare bona fama est quoddam frenum retrahens a peccato, & etiam verbum hominis bonæ fame magis appræciatur ab alio, sicut pro contrarium videmus, quod bonum verbum in homine infami despicitur: quia secundum Grego. in quadam homelia. Restat ut cuius vita despicitur eius prædicatio contemnatur, & propter valorem bonæ fame inuitat nos ad conseruationem ipsius, & sapiens Eccle. 4. dicit. Curam habe de bono nomine. Sic ergo dico, quod licitum est religiosi suis detractoribus resistere propter conseruationem fame. Et etiam propter zelum iustitiæ licitum est religiosi suis detractoribus resistere. Resistere enim detractori ex zelo iustitiæ per modum licitum meritum videtur esse: unde videtur hoc licitum religiosi, quamuis in hoc magis debeant, quam alij præcedere in humilitate: sed resistere detractoribus propter zelum vindictæ hoc, & si alijs sit illicitum, magis tamen est illicitum religiosi, quare quanto magis per suam professionem elongantur a mundo, tanto minus debent vindictam querere, & tanto magis debent proprias iniurias facilius, & perfectius condonare.

Ad oppositum.

ARGUMENTUM quod probat, quod licitum erat religiosi suis detractoribus resistere concedatur.

Ad argum.

Ad auctoritatem, quæ allegabatur in contra-

rium, sic potest responderi. Cum enim dicitur ibi, quod linguas detrahentium per suam nequitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare & c. dico, quod sic. Intelligendum est, quod propter detractionem earum non debemus a charitate discedere, nec incurrere vitium odij, & impatientiæ, quamuis possumus nostram famam defendere, & detractoribus propter zelum æquitatis, & iustitiæ resistere. Qui enim propter linguas detrahentium propter suam nequitiam excitatam, non discedit a charitate, nec in vitium odij, vel impatientiæ labitur, quamuis ei resistebat propter conseruationem fame, & propter zelum iustitiæ eas æquanimiter tolerare conceditur. Et hæc de prædicta quæstione sine præiudicio.

CONSEQUENTER sequitur.

QVÆSTIO XXVIII.

Utrum liceat viro religioso vim vi repellere.

Argum. I. **VIDETUR**, quod non: quia viri religio si maxime debent imitari patientiam Iesu Christi, & doctrinam. Sed patientia eius fuit talis, quod sicut dicit B. Petrus in 1. cano. sua. 2. c. Cum pateatur non comminabatur. Et in Euangelio docet hanc doctrinam dicens. Si quis te percusserit in vna maxilla præbe ei alteram: ergo facto, & verbo ostendit, quod illi qui volunt eum spiritualiter imitari, non debent vim vi repellere: sed tales debent esse religiosi: ergo videtur, quod illicitum est religiosi vim vi repellere.

Argum. I.

Matth. 6. Luc. 5.

Item Apost. 1. Cor. 4. Maledicimus, & benedicimus, & persecutionem patimur, & sustinemus: ergo, & religiosi exemplo Apostoli cum maledicuntur debent benedicere, & cum persecutionem patiuntur, debent cum patientia sustinere: ergo non debent vim vi repellere.

Secundum.

CONTRA, ad religiosos mala malefacientium pertinet impedire: sed vim inferre malum est: ergo ad religiosos pertinet vim repellere: sed quandoque non possunt vim, nisi vi repellere: ergo licitum est religiosi loco, & tempore vim vi repellere.

In oppositum.

CONCLUSIO.

Imo licet, sed excepta executione bonorum spiritualium melius faceret si vim non repelleret præsertim si in proprio corpore patiatur iniuriam.

RESPONSO. AD ISTMAM quæstionem respondeo, sic videtur mihi respondendum, quod ille qui patitur vim, aut patitur, in executionem bonorum spiritualium, aut in possessione temporalium, aut in proprio corpore. Dico ergo, quod si religiosi patiuntur violentiam in executione bonorum spiritualium, quod licitum est eis exequi, sicut licitum est facere eis diuinum officium, & prædicare, & confessiones audire, quod est

Responsio.



est eis legitime commissum, tunc dico, quod non tantummodo est eis licitum vim vi repellere: sed hoc facere debent, si vim illam per viam habilitatis, & supportationis a mouere non possunt, non tamen credo, quod vim illam debeant proprijs repellere manibus maxime cum habeant facultatem adeundi illos, qui potestatem habent super eos, qui violentiam inferunt tunc enim per tales debent illam violentiam repellere.

Si autem patientur vim in possessionibus temporalibus, tunc dico, quod eis licet vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, non zelo ultionis: sed zelo rectæ defensionis, & illam vim licitum est eis repellere vi, non tantummodo, quando infertur: sed etiam postea, argumentum ad hoc extra de restitutione spoliatorum olim primo, non tamen proprijs manibus debent illam vim repellere: sed sine periculo præiudicij sui, habent opportunitatem adeundi principem, vel prælatum qui potestatem habeat super illam vim inferentes, & eos nolit repellere. Tamen dico, quod nisi hoc esset, quod tenerentur iura suæ ecclesiæ tueri, tunc maioris esset perfectionis si pro amore Iesu Christi illam vim non repellent, nisi supplicando, & humiliando, & si sic repellere illam vim non possent, eam amore Dei sustinerent: quia Saluator viam perfectionis docens. Matth. 5. dicit sic. Ego autem dico vobis non resistite malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei, & alteram. Et enim qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium.

Si autem religiosus patitur iniuriam in proprio corpore, dico etiam, quod licitum est ei vim vi repellere in præsentia, & semper cum moderamine inculpatæ tutelæ, & maxime si talis vim patitur in qua sit periculum mortis, vel mutilationis, si autem postquam transiit iniuria vellet ei qui iniuriatus est vim inferre, hoc non esset vim vi repellere: sed magis querere ultionem, quod illicitum est: quia sicut Dominus Deut. 22. Mea est ultio, & ego retribuam eis in tpe, melius tamen, & perfectius facerent, si vim in proprio corpore cum patientia, & humilitate tollerent: quia amore Iesu Christi sustinerent. Quod autem vim vi liceat repellere omnes leges, & omnia iura permittunt, extra de homici. significasti nobis, secundo ubi dicitur, quod omnes leges, & omnia iura vim vi repellere permittunt. Et de sent. exc. si vero, quod autem fieri debeat cum inculpatæ tutelæ moderamine, habetur extra de homici. significasti nobis, secundo ubi dicitur, quod illud fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendum vindictam, sed ad iniuriam propulsandam. Et extra de sent. exc. om. vt famæ, & c. ultimo, & in textu, & in gl.

Ad oppositum.

ARGUMENTUM quod probabat, quod religiosus liceat vim vi repellere, gratia conclusionis concedendum est: quia licitum est eis facere

loco, & tempore secundum modum supradictum.

AD ARGUMENTUM in oppositum. Respondeo ad illud, quod primo arguitur, dicens, quod illud argumentum bene concludit, quod maioris perfectionis esset non repellere vim vi, quam repellere, maxime si vis inferatur, quantum ad temporalem possessionem, vel quantum ad corpus, sed ad hanc perfectionem non credo religiosos obligatos, nisi aliqui ad hoc specialiter sese obligassent, vel implicite vel explicite.

Ad argumentum secundum etiam simili modo responderi potest. Et hæc de prædicta questione sine præiudicio, & sine temeraria assertionem dicta sint.

CONSEQUENTER sequitur.

### QVÆSTIO XXIX.

Utrum ille qui lucratur per ludos prohibitos teneatur ad restitutionem.

RESPONDENDO VIDEATUR, quod non: quia maioris auctoritatis est lex diuina, quam lex humana: sed conuenit, quod aliquis lucratur contra legem diuinam, & tamen non tenetur ad restitutionem, sicut patet de meretrice, quæ non tenetur restituere illud, quod lucratur de meretricio: ergo ille, qui lucratur contra legem humanam non tenetur ad restitutionem: sed iste qui lucratur per ludos prohibitos non lucratur, nisi contra legem humanam. Ludi enim taxillorum sola humana lege videntur prohibiti: ergo ille qui lucratur per istos ludos prohibitos, non tenetur ad restitutionem.

CONTRA, maioris nequitia videtur lucrari per istos ludos prohibitos, quam per usuram: quia ille qui amittit in ludo prohibito magis læditur, quam ille qui accipit ad usuram: sed ille qui lucratur per usuram tenetur ad restitutionem: ergo ille qui lucratur per ludos prohibitos, tenetur ad restitutionem.

### CONCLUSIO.

Utrique tenetur at in ijs tantum in quibus ludens non se rationi, secundum quam in suis operationibus dirigere se debet: sed fortunæ committit tales enim lasciuia sunt fomentum.

AD ISTAM quæstionem videtur mihi respondere per distinctionem. Sunt enim quidam ludi prohibiti, in quibus exercetur humanum ingenium, & quidam sunt ludi prohibiti in quibus non exercetur humanum ingenium: sed totum committitur fortunæ. Ludi prohibiti in quibus exercetur humanum ingenium sunt sicut torneamenta, & quod tales ludi sint prohibiti habetur expressum, extra de torneamen. c. 1. ubi expresse prohibentur, & morientes ibidem iubentur carere ecclesiastica sepultura. Ludi autem prohibiti in quibus non exercetur humanum ingenium: sed totum committitur fortunæ, sunt ludi taxillorum, sicut habetur. 35. di. Episcopus, ubi dicitur sic.

Episco-

Episcopus autem presbyter, aut diaconus aleæ, aut ebrietati deseruiens, aut desinant, aut certe damnentur. Subdiaconus autem, aut lector, aut causator similia faciens, aut desinant, aut cõmuniõne priuentur. Similiter, & laicus, hic satis ostenditur ille ludus prohibitus maxime si ducatur in consuetudinem, & fiat ex consuetudine, & fiat ex cupiditate, & reprehenduntur participes illorum qui ludunt, & qui aspiciunt, maxime si hoc ducunt in consuetudinẽ, & maxime si sint clerici. ff. de altaribus per totum. Et in auten. de S. Episcopis. §. interdicimus. Et extra de vita, & hone. cle. clerici officia ubi de hoci n. tex. & in gl. Dico ergo, quod ille qui lucratur per ludum prohibitum qui est torneamentum, si tamen lucratur seruando leges torneamenti, quis peccet, eo quod facit contra prohibitionem, tamen restituere non tenetur sicut ponunt in summis suis Goffre. & Raymun. & Monal. Suadendum est tamen eis, quod restituant: sed si hoc facere nolunt non pro eis solutio est deneganda. Qui autem ex cupiditate ludit cum taxillis, si lucratur, tenetur ad restitutionem. 35. dist. Episcopus, ubi hoc habetur in gl. & ff. de altaribus. l. vlti. in fi. Et hæc probantur per hoc, quod dicit græca constitutio, quod vsq; ad 1. annos potest repeti, quod amittitur in ludo, & extra de vit. & hone. cle. clerici officia ubi hoc habetur in glosa.

Ratio autem quare ille qui lucratur per ludum torneamenti non tenetur restituere, & ille qui lucratur per ludum taxillorum tenetur restituere, est præceptum iuris: quia de vno inuenitur in iure expresse, de alio non inuenitur. Non enim inuenimus aliquod ius in quo contineatur, quod lucrantur per torneamentum teneantur ad restitutionem.

Ratio autem quare iura obligant illum qui lucratur ad taxillos ad restitutionem, & non illum qui lucratur per ludum torneamenti potest assignari talis: quia in ludo torneamenti sunt multi labores, qui carnem macerant, & retrahunt a turpitudine carnalis lasciuia, & in illo etiam ludo torneantes addiscunt artem militæ in luctando etiam dirigunt se per sollicitudinem intrus, & iuuant se corporis fortitudine: unde suum lucrum non committunt fortunæ. Unde si illum ludum exercerent temperate, & bona intentione, & non esset ludus prohibitus, non esset peccatum torneare, eo quod esset ludus utilis propter defensionem reipublicæ. Sic iura prohibuerunt illum ludum propter abusum ludentium, propter quem ibi proueniunt, & mortes hominum, & pericula animarum, ita quod ludus simpliciter prohibitus est, ita, quod quacunq; intentione homo illum ludum exerceat præcepti transgressor est, & ideo sic iura contemperauerunt, quod ludos torneamenti prohibuerunt, tamen lucrantes per talem ludum ad restituendum non obligauerunt. Sed quia assuefactio ludi taxillorum adducit ocium, quod

est fomentum carnalis lasciuia, & in illo ludo non assuecunt homines ad aliquid, quod sit utile reipublicæ, nec ibi exercetur humanum ingenium: sed totum committitur fortunæ, ideo iura, & illum ludum prohibuerunt, & lucrantes per talem ludum ad restituendum alligauerunt.

Cum enim ad hoc sit data homini ratio, ut per rationem dirigat se in operationibus suis, detestabile est in lucro suo rationem non consulere: sed totum fortunæ committere: quia tamen in ludo schaccorum, quando homines ludunt, si non taxillis, exercetur humanum ingenium, ideo forte, ut videtur quibusdam ille ludus prohibitus non est, nisi in casu. scilicet cum homines agunt penitentiam, & de hoc habetur. 35. dist. Episcopus.

ARGUMENTUM quod probabat, quod illi qui lucrantur per ludos prohibitos tenentur restituere, gratia conclusionis concedendum est, nec hoc videatur durum, quare si aliquis infirmus, vel in tristitia, & tedio positus ludat, ad effugandum tristitiam, vel tedium, & non ex cupiditate lucrandi, & ille qui amittit notabiliter non damnificatur: sed in re modica per comparationem ad ipsum, hoc dico propter hoc: quia aliquid esset modicum diuiti, quod esset multum pauperi, in illo casu non credo, quod ludens faciat contra prohibitionem iuris: quia in illo casu non concurrunt rationes, quare illi ludi sunt prohibiti: unde & non credo, quod illi qui lucrantur in supradicto casu modicum, quid teneantur ad restitutionem intentione necessitatis ad salutem, ad restituendum saltem illi qui amittit, hoc dixi propter hoc, quod forte aliqui vellent dicere, ut in voluntate sua esset, vel restituere amittenti, vel pauperibus erogare, & forte aliqui vellent dicere, quod intentione necessitatis ad salutem nulli tenetur restituere: sed potest sibi retinere: quia iura, quæ lucrum acquisitum per ludos prohibitos præcipiunt restitui, non sunt in prædicto casu intelligenda.

AD ARGUMENTUM in oppositum respondeo. Cum enim dicit, maioris auctoritatis est lex diuina, quam humana; dico, quod verum est, & cum postea dicit, quod mulier, quæ lucratur de meretricio, lucratur per factum, quod est contra legem diuinam, dico, quod verum est, & tamen restituere non tenetur: quia & si lex diuina prohibet illud factum, tamen lex diuina non præcipit restituere, quod per talem turpitudinem lucratum est. Unde mulier meretricando contra legem diuinam facit: sed retinendo lucrum sic acquisitum non facit contra legem diuinam, nec humanam. Iura igitur positua non tantummodo prohibent illos ludos: sed etiam præcipiunt restituere, quod per tales ludos acquiritur, & ideo in ludendo faciunt contra ius, etiam & in recipiendo lucrum sic acquisitum. Et ita videre potes quare mulier

Ad oppositum.

mulier non tenetur restituere illud, quod lucratur de meretricio, & tamen homo tenetur restituere illud, quod lucratur per ludos prohibitos, quamuis mulier magis peccet meretricando, quam homo qui ludit prohibito ludo ex cupiditate luendi. Et hæc de prædicta quaestione sine præiudicio dicta sufficiant.

CONSEQUENTER sequitur.

Q V A E S T I O XXX.

Utrum clerici possint cogi ad solutionem exactio- num factarum in ciuitate propter utilitatem boni communis.

Argum. I.

EST VIDEATUR, quod non extra de immunitate ecclesie non minus, ubi dicitur sic. In diuersis mundi partibus consules ciuitatum, & rectores, necnon, & alij, qui potestatem habere videtur, tot onera frequenter imponunt ecclesijs, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habuit, ille quidem omnibus alijs seruituti subiectis sacerdotibus, & possessiones eorum in præstina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit, isti vero onera sua ferre vniuersa imponunt ecclesijs, angarijs eas affligunt, vt eis, quod Hieremias deplorat cõpetere videatur princeps prouinciarum facta est sub tributo, siue quidē fossata, siue expoliationes, seu alia quælibet sibi arbitrentur agenda de bonis ecclesiarum, & clericorum pauperum Christi vsibus deputatis volunt cuncta compleri iurisdictione, etiam auctoritatem prælatorum euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur, hominibus remanisse quo circa sub anathematis destructione fieri de cætero talia prohibemus, nisi Episcopus, & clericus tantam necessitatem, vel utilitatem aspexerint, vt absque vlla coactione ad releuandum communes utilitates, vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates subsidia per ecclesia æstiment conferenda. Si autem consules, aut alij de cætero ista commiserint, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quam fautores eorum excommunicationi se nouerunt subiacere, nec communioni reddantur donec satisfactioem fecerint competentem vsq; huc verba decretalis, in qua videmus contineri expresse, quod clerici cogi non possunt ad solutionem exactio- num factarum in ciuitate propter utilitatem boni communis.

Secundum.

Item in eodem capit. aduersus, ubi dicitur eadem sententia, & videtur addi istud, quod sequitur, quod propter imprudentiam quarundam, scilicet, clericorum Romanus Ponti-

fex prius consulatur, cuius interest communibus utilitatibus providere. Ecce, quod ista decretalis dicit idem, quod prima, & addit, quantum ad propositum, quod si clerici velint aliquid dare, quod hoc non debeant facere, in consulo Romano Pontifice, hoc est Domino Papa.

ARGUMENTVM. Ad eandem conclusionem. 16. quaestione 1. Generaliter. §. nouarum.

Item 23. q. 8. Si in morte. §. ecce, quod Nicolaus Papa.

Item 23. quaestione. 7. Tributum. §. quamuis.

Item. §. de sacrosanctis Ecclesijs placet.

Item. §. de Episcopis, & clericis. l. i.

CONTRA. I. quaestio. I. sit tributum petit Imperator non negamus, agri ecclesie soluant tributum: ergo videtur posse cogere clericos ad soluendum tributa: ergo a simili exactiones, maxime, quæ causa utilitatis communis fiunt.

In oppositum.

Item sequenti. cap. magnum, dicitur sic. Magnum, & speciale documentum quo Christiani viri sublimioribus potestatibus doceantur debere esse subiecti nequis constitutionem terreni regis putat esse soluendum. Si enim ficius soluit censum, quis tu tantus es qui non putas esse soluendum. Item Apostolus. Omnis anima sublimioribus potestatibus docetur, vt subdita sit. Item Petrus Apostolus omnibus fidelibus generaliter scribit. Estote subditi dominis vestris &c. Ecce, quod illud decretum. Omnes fideles videtur subdere constitutionibus regnum terrenorum.

Secundum.

Item. 23. quaestio. 8. tributum dicitur sic. Tributum in ore piscis piscante Petro inuentum est: quia de exterioribus suis, quæ palam cunctis apparere, tributum ecclesia reddit, & ali- quibus interpositis sequitur, quod ab exterioribus ecclesie, quod constitutum antiquitus est pro pace, & quiete: quia nos tueri, & defendere debent, Imperatoribus soluendum est. Ex hoc arguo sic ecclesie debent reddere tributum dominis terrenis propter hoc, quod illi tuetur ecclesias, videtur etiam, quod partem suam debent soluere de illis expensis, quæ fiunt in ciuitate pro utilitate communi.

Tertium. Matth. 17.

Item. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. ad instru- ctiones.

Quartum.

Item. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. iubemus, quod nullam nauem.

Quintum.

Item. C. de sacrosanctis Ecclesijs. l. ne- minem.

Sextum.

Item. C. de Episcopis, & clericis. l. de his, omnes istæ leges præallegatæ videntur continere aliquid de quo ad istam partem potest probabiliter argui.

Septimum.

Imo tenentur, ratione tamen eorum in quibus nec leuitica portio, nec mansus consistit munera etiam sordida, personalia, & ea quæ aliter iuste fieri non possunt detrahendo.

De articulo quæstionis.

AD videndum veritatem huius quaestio- nis sic procedendum est. Primo distinguendæ sunt possessiones clericorum. Secundo ponenda est distinctio munerum, vt descendamus ad munera extraordinaria. Tertio ad quæ munera tenentur clerici. Quarto ostendendum est, per quem modum possunt cogi ad soluendum munera extraordinaria, ad quæ tenentur. Quinto ponendi, sunt quidam casus ad maiore prædictionem declarationem.

Primo ergo possunt distingui possessiones clericorum, quantum ad præsens sufficit per hunc modum, quod possessionum clericorum, quædam sunt pure ecclesiasticæ, quæ consistunt in primitijs, decimis, & oblationibus, quædam sunt nominatæ ecclesiasticæ, quamuis a clericis iuste possideantur; quia eis fuerunt a laicis datæ, quæ consistunt in prædijs, villis, & castris, & consimilibus. Et hæc distinctio possessionum clericorum satis habetur. 23. q. 8. Si in morte. §. Ecce, quod Nicolaus Papa, vt dicitur sic. Notandum est quosdam Episcopos leuitica tantum portione esse contentos, qui sicut iudæi forte tantum numerantur, sic ipsum Deum solummodo in hæreditatem accipiunt dicentes. Dominus pars hæreditatis meæ, his nihil est commune cum principibus sæculi, qui temporalia penitus abijciunt ne eorum occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur, talibus nulla occasio relinquatur occupationis secularis militia: quia cum decimis, & primitijs viuunt, tãquam filij summi regis in omni regno a terrenis exactioibus liberi sunt, ita vt dicere valeant illud Ioannis. 4. Venit Princeps huius mundi, & in nobis non habet quicquam. Porro aliqui sunt qui non cõtenti de decimis, & primitijs. prædia villas, & castella, & ciuitates possident, ex quibus Cæsari debent tributa, nisi Imperiali benignitate immunitatem huiusmodi promeruerunt, quibus a Domino dicitur. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quibus idem Apostolus. Reddite omnibus debita, cui tributum tribuum, & cui veſtigal. Item distinctio supradicta probari potest per illud, quod habetur extra de cen. ex hac. c. 1. Et hæc de primo articulo dicta sint.

Psal. 15.

Matth. 22. Marc. 12. Ad Ro. 13.

Secundus Articulus. Munera in multiplici sunt differētia.

Consequenter ponenda est distinctio munerum, vt descendamus ad munera extraordinaria: dico ergo, quod munerum, quædam sunt sordida, quædam honesta. Sordida sunt, quæ cum turpitudine exhibentur, vt purgatio cloacæ, etiam calcis decoctio, honesta sunt, quæ sine turpitudine exhibentur. Munerum autem honestorum, quædam sunt ordinaria, quædam extraordinaria, ordinaria sunt, quæ certæ, & regularem habent præstationem. Extraordinaria

est, quæ regulariter non præstantur: sed repentine, vt si princeps maritet filiam suam, & aliqua exigat a subiectis. Ordinariorum autem munerum, quædam sunt personalia, quædam realia, quædam mixta. Personalialia sunt ea, quæ cum cura animi, & labore interueniente exhibentur, non tamen cum sumptibus proprijs, vt cum aliquis tenetur ire in exercitum regis ad sumptum regis, & ista dicuntur angaria. Reale munus est, quod præstatur pro re, vt quod aliquis pro fundo, vel vinea præstet duos denarios, vel vnum caponem in natali, & hoc vocatur munus ordinarij simplici nomine. Mixtū aut munus est, quod interueniēte cura animi, & labore corporis, cum proprio sumptu præstatur, cū quis sumptu proprio tenetur ire in exercitū regis, & hoc vocatur per angariam. Quandoq; tamen confunditur sub vno nomine angaria, & per angariam. Vnde extra de immu. eccle. Non minus in glo. Angaria dicuntur personalia obsequia proprijs sumptibus in negocijs alienis, hic angaria accipitur pro angaria realium munerum, quædam sunt, quæ indicuntur ipsis rebus, vt cum talis munera debet, quolibet anno duos denarios in certo termino, quædam quæ indicuntur personæ gratia rei, vt si fiat collecta, & quilibet soluat pro modulo facultatū suarum. Munerum autem extraordinariorum, quædam sunt, quæ respiciunt principis utilitatem, sicut cum exigit subditis pro maritione filie suæ, vel pro militia filij sui, quædam sunt, quæ respiciunt pietatem, & communem utilitatem, vt ea, quæ præstantur pro refectio- ne, & operatione pontium, & viarum, & pro negotio fidei, & defensione regni. Hoc autem dicta sunt, vt postea descendamus ad videndū distinctius, ad quæ munera teneantur clerici tam ordinaria, quam extraordinaria, & maxime, vt videamus, ad quæ extraordinaria tenentur: quia de tali munere proposita fuit speciali- ter quaestio. Exactioes enim, quæ cuiilibet præstentur pro utilitate boni communis sub muneribus extraordinariæ continentur. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

Tertius Articulus.

Tertio ostendendum est, ad quæ munera tenentur clerici, dico ergo, quod ad munera sordida, siue sint ordinaria, siue extraordinaria clerici non tenentur. 16. q. 1. Generaliter. §. nouarum, & §. placet, & hoc rationabile est, quod illi qui in sortem Domini assumpti sunt sordidis muneribus non maneant obligati, ad munera etiam ordinaria honesta, quæ personalia sunt non tenentur. C. de sacrosan. eccle. Nemini, & 16. q. 1. Generaliter. §. placet in glo. quod intellegendum est, nisi in casu necessitatis, vt in eadem gl. dicitur. Ad munera autem honesta ordinaria, quæ realia dicuntur, non tenentur etiã clerici ratione possessionum, quæ consistunt in primitijs, decimis, & oblationibus. 23. q. 8. Si in morte. §. ecce Nicolaus, & c. secundum canoniam, nec etiam ratione mansionis, extra de

de censibus, & exactionibus. ca. i. sed ratione possessionum, quæ consistunt in castris villis, & agris, & consimilibus, tenentur ad munera ordinaria realia, nisi sup hoc libertatē a principe obtinuerunt. 23. q. 8. Si in morte. §. ecce, q. Nicolaus Papa. Et c. secundum canonicam, & supra. c. tributum, & extra de censibus, & exactionibus. c. i. vbi postquam dictum est, q. clerici, neq; de obligationibus fidelium, neque de domibus, neq; de areis, neq; de hortis, neq; de terris iuxta ecclesiam positis, ne de manso aliquod seruitium faciant præter ecclesiasticum statim subditur, & si aliquid amplius habuerint inde senioribus debitum seruitium impendant. Rationabile est: quia res transit cum onere suo, nisi a dante, vel a principe sequestretur vnum ab alio. 16. q. 1. si quis laicus. & C. de rationibus, munus tamen, quod vocatur superinductum non tenetur soluere clerici, quamuis sit munus reale ordinarium. 16. q. 1. §. si placet in glo. & C. de superinducto. l. 1. & 2. & est munus superinductum tributum de nouo constitutum, quod superueniente libertate imponitur, & tantum ab Imperatore. 16. q. 1. si placet in glo. Et hæc de tertio articulo dicta sint.

Quartus  
Articulus.

Quarto descendendum est ad videndum, ad quæ munera extraordinaria clerici tenentur ad exactiones, quæ in ciuitate fiunt pro utilitate boni communis, dico ergo, q. ad munera extraordinaria, quæ respiciunt tantum principis utilitatem non tenentur clerici, nec suis possessionibus ecclesiasticis, ne etiam de alijs possessionibus, quas dixi consistere in prædijs, villis & castris, & consimilibus, nisi forte, quando sub certo pacto tali datæ sint eis, vt cum princeps coronatur, vel maritat filiam suam, vel facit primogenitum suum militem teneatur talis ecclesia pro illis bonis datis, vel facere expensas in coronatione regis, vel ad illas expensas iuuare, & sic de alijs. Si autem sunt munera extraordinaria, quæ respiciunt utilitatem communem, tunc distinguo: quia aut respiciunt communem utilitatem laicorum tantum, & sic dico, quod ad talia munera non tenentur clerici, nec de possessionibus ecclesiasticis, nec de possessionibus alijs. Iniquum enim esset, quod obligarentur ad soluendum munus, quod utilitatem eorum non respiceret, sed tantum modo aliquorum. Si autem sunt munera eius extraordinaria, quæ respiciunt communem utilitatem clericorum, & laicorum simul, sicut munera, quæ exhibentur pro refectione pontium & viarum, & pro defensione fidei, & regni, adhuc distinguo: quia ad ista explenda, vel sufficiunt facultates communibus vñibus deputatæ, & sic dico, quod clerici non tenentur ad aliquid exhibendum, si autem facultates deputatæ ad vñm communis utilitatis non sufficiunt ad explenda, quæ prædicta sunt, adhuc distinguo: quia aut requiritur consilium clericorum proportionaliter, sicut requiritur consilium lai-

corum super illis negocijs, aut non requiritur, & requiri possunt sine detrimento negociorum, videtur aliquibus, quod principes, vel consules ciuitatum sibi ipsis præiudicant, quantum ad munus, quod clerici pro talibus operibus exhibere debent: quia in hoc principes, & consules ciuitates clericos videntur contemnere, & honorem eis debitum non exhibere cum digniores sint clerici in communitate, quam laici, & sicut dicunt iura, non sunt sua iura seruanda ei qui alienum ius violare non metuit, extra de priuilegijs, vt dilecti filij, & in textu, & in glo. & 64. distin. 25. q. 2. sic decet, est argumentum etiam ad hoc, scilicet, extra de mutuis petitionibus. c. 1. Si autem requiritur consilium clericorum, aut consentiunt, aut non consentiunt, si consentiunt tenentur soluere partem suam pro portione sibi data, si autem non consentiunt, quod talia opera fiant, aut imminet necessitas faciendi, aut non, si non imminet necessitas faciendi: quia forte viæ ad huc sunt satis bonæ, & pons adhuc satis sufficiens, si tamen ciues volunt meliorare forte propter maiorem solemnitatem ciuitatis, tunc non credo, quod clerici teneantur, quod si ego, & tu habemus vnam domum communem, & tu vis meliorare domum sicut si forte tu vis facere ibi vnam turrim, & ego non consentio, si tu facis ego non teneor ad soluendum, si autem imminet necessitas faciendi, vt forte: quia pons destructus est, & viæ tales, quod quadrigæ ne non possunt venire ad ciuitatem, nec ea, quæ necessaria essent, & clericis, & laicis. Tunc dico, quod si ciues faciunt pontem refici, & vias reparari cum expensis proportionatis ipsis operibus, & facultatibus clericorum, quod tunc clerici tenentur soluere partem suam, saltem de illis possessionibus in quibus leuitica proportio non consistit, hoc est de possessionibus quæ non consistunt, nec in decimis, nec in primitijs, nec in oblationibus, nec in manso, de quo supra dictum est, & hoc rationale videtur: quia utilitas eorum sicut laicorum agitur bene, si non tenerentur soluere, locupletiores fierent ad expensas aliorum, quod non videtur naturaliter æquum. ff. de condi. indebiti. l. natura vbi dicitur sic. Hoc natura æquum est neminem cum alterius detrimento fieri locupletiores, & certe valde æquum est communis utilitas, vt ff. ad. l. Rhodiam de iactu vbi dicitur sic. Aequissimum enim est commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum, consecuti sunt, vt merces suas saluas haberent. Videtur ergo rationale, quod clerici qui res suas saluas habent propter refectionem pontium, & viarum debeant esse socij in solutione expensarum. C. de sacrosan. eccle. l. administrationes ad institutiones, vbi expresse habetur, quod clerici tenentur ad solutionem expensarum, quæ fiunt pro negocijs supra-

supradictis. Et placet aliquibus, quod etiam tenerentur clerici non tantummodo ratione possessionum, quæ dicuntur consistere in prædijs villis, & castris, & huiusmodi: sed etiam ratione possessionum, quæ dicuntur consistere in primitijs: decimis, & oblationibus: nec obstare videtur, quod supradictum est, quod ratione talium possessionum non tenentur ad aliquod seruitium nisi ecclesiasticum, quia in soluendo partem suam pro re, quæ est eis utilis & necessaria non dicuntur exhibere seruitium alij, sed sibi ipsis munus exhibent: cum pro sua utilitate illud munus exhibent. Tamen sunt aliqui canonistæ: quibus hæc opinio non placet. 16. q. 1. Generaliter. §. placet in glo. vbi dicitur: sic dico ecclesiam non teneri ad instructionem pontium, vel murorum quicquid dicat lex. Legistæ tamen tenent primam sententiam, & hæc glo. exponenda est, quia loquitur aut quando refectione pontium, & murorum non est ad utilitatem clericorum: siue laicorum: aut quando sufficiunt ad hoc communes utilitates talibus vñibus deputate: cum enim illa lex ad instructiones expresse dicat clericos in prædictis casibus teneri: nec eam inueniamus reuocatum expresse, & iura iuri debeant concordari. Videtur, quod ille decretale de immunitate ecclesiarum non minus aduersus sic exponi debeant, vt illi legi non repugnent: exponuntur autem in solutione argumentorum. Multum enim videretur irrationabile, quod clerici multum diuites non tenentur soluere pro opere: pro quo prouenit eis magna utilitas, & homines pauperuli tenentur soluere pro illo eodem opere pro quo venit eis parua utilitas, vbi tamen ciues essent multum diuites, & clerici nimis pauperes: rationabile esset, quod illa refectione pontium, & viarum: ita fieret ad expensas laicorum, quod nihil acciperetur a clericis, vel acciperetur ita parum a clericis, quod non grauarentur. Et hæc de quarto articulo dicta sint.

Quintus  
Articulus.

Quinto ostendendum est per quem modum possunt cogi ad soluendum munera extraordinaria ad quæ tenentur. Ad cuius intellectum sciendum, quod clerici aut vltra possessiones, quæ consistunt in primitijs decimis, & oblationibus: quas Nicolaus Papa vocat leuiticam portionem, habent possessiones alias: sicut forte patrimoniales, quæ post mortes eorum ad laicos reuertuntur: aut possessiones, quæ pro perpetuo sunt concessæ ecclesijs suis in prædijs: siue in castris: siue in ciuitatibus, & consimilibus: aut non habent. Si habent: tunc dico, quod per iudicem secularem possunt cogi clerici ad soluendum illud ad quod tenentur pro refectione pontium, & viarum, & consimilium, quia ista non videtur esse actio personalis sed realis. Talis enim obligatio aut sequitur possessionem: aut personam gratia possessionis. vnde cum illæ

possessiones non sint exemptæ a iurisdictione temporalium dñorū, possunt temporales dñi ibi manum apponere, ad hoc, vt soluatur debitum, quod tales possessiones sequitur, vel possessorē gratia talium possessionum, si possessor rebellis existeret in solido. Si aut clerici vltra decimas, & primitias, & oblationes, & mansum, de quo fit mentio extra de censibus, & exactionibus. c. 1. non haberent possessiones alias, & si de illis possessionibus tenerent ad refectionē pontiū, & viarū, & consimiliū vergentiū in necessitatē, & utilitatē eorum sicut laicorū, tunc non video quomodo a iudice seculari possent cogi ad soluendum coactione sufficienti, hoc dico pp hoc quia indirecte, & vehementer induci pnt in casu, quem ego iam exponā, q. aut a iudice seculari non pnt cogi sufficienter de iure, satis patet, quia nec psonæ clericorū, nec illæ possessiones supradictæ, quas vocat Nicolaus Papa leuiticā portionē, sunt in iurisdictione laicorū, & non est rationabile, q. aliquis cogatur a non suo iudice. Vnde iudex secularis, nec in personis clericorū pnt ponere manū, neq; in possessionibus supradictis extra de fo. cōp. c. 2. & c. si quis contra clericū. Debēt ergo consules recurrere ad ordinariū, qui ordinarius debet illū clericū cōpelere ad soluendū, tunc ad Papā recurrendū est, aut si hoc facere noluerint: quia forte cōmode non possēt sine nimio detrimento, quibus clericos non pnt cogere directe coactione sufficienti, pnt tñ eos vehementer inducere indirecte ponēdo quiddā assisum sup uenalia cōia clericis, & laicis, hoc tñ faciēdo sine fraude, & pportione seruata, hoc. n. faciēdo clericis sufficienti coactione non cogent: quia non tenent illa emere, vehementer tñ inducunt, quia magnū detrimentū incurrūt, si non emerēt, & quia illa p assisum vedūt carius sequit, q. clericis indirecte soluūt illud, q. directe soluere tenebātur. V. g. quia ante assisum tabernarius quartā vini non poterat vendere, nisi p quatuor denarijs, & cōceditur sibi q. possit vendere quartā p quatuor denarijs, & obolo, ita, q. ille obolus sit cōitatis p refectione pontiū, & viarū, & consimilium, & sic clericis quartā vini, q. ante habuerūt, & emebāt p quatuor denarijs, emūt p quatuor denarijs cum obolo, & ita soluūt indirecte vehementer inducti illud, q. tenebātur soluere, quibus a iudice seculari non possent cogi, hoc tñ assisum non debēt facere consules ciuitatū sine assensu dñi temporalis. Et hæc de quinto articulo eicta sint.

Sexto ponēdi sunt quiddā casus ad maiore pditionū declarationē, & quæ in paucioribus via maior, iō ponat vnus casus q. ad plures casus consules possent trahi. Pono, q. vna ciuitas grauata est debitis respiciūt consules ciuitatis, q. modus expeditior, & facilior ad soluendū illa debita est, q. assisum quiddā sup uenalia, p talē modū, q. ille q. vedit sextariū vini soluet vnū denariū cōitatis in adiutoriū solutiōis debitorū, ciuitatis, & sic de alijs uenilibus, pportione seruata, mo

Sextus  
Articulus.

Primus  
ca.  
sui.



Solutio.

do quaeritur vtrum hoc facere licitum sit illis consulibus cum ex facto sequatur, qd clerici emant venalia cariora, & sic indirecte iuuant ad soluendum debita coitatis, cum tamen illorum debitorum aliquam partem soluere non tenerentur. Videtur autem mihi sic respondendum de isto casu, qd illa debita, aut sunt contracta propter excessum, & abusum consulum, & tunc dico, qd ipsi consulibus non est licitum super venalia ponere illud assisum: sed cum proprijs sumptibus si possunt debet soluere illud debitum, qd malitiose, & fraudulenter, & excessiue contraxerunt, aut contracta sunt pro vtilitate, vel ad vtilitatem coitatis tam clericorum, qd laicorum, & sic licitum est, aut propter vtilitatem coitatis laicorum directe, nec propter vtilitatem communitatis clericorum, nisi indirecte, in quantum temporalis prosperitas civium quandoq; redundat in vtilitatem clericorum, & tunc distinguendum est: quia aut hoc faciunt animo iniuriandi clericis, scilicet per viam illam extrahant pecuniam ab eis, qd per viam aliam extrahere sic non poterant, tunc dico, qd illicitum est, si autem non faciunt animo iniuriandi, imo si non essent aliqui clerici qui aliquid emerent, tamen illud assisum posuisset superuenalia propter solutionem debitorum suorum, sic videtur dicendum, qd quis etiam hoc sequatur, qd clerici emant venalia cariora, qd hoc non obstante licitum fuit illis consulibus illud assisum super venalia ponere, ita tamen qd seruent proportionem non magis onerando proportionaliter venalia, quae frequentius emuntur a clericis minus ea, quae frequentius emuntur a laicis. Similiter dico, qd debent seruari proportionem in ponendo assisum superuenalia, quae frequentius sunt in communi vtu pauperum, & extraneorum, & in communi vtu diuitum. Si enim proportionaliter loquendo maius assisum ponerent superuenalia, quae frequentius emuntur a clericis, qd superuenalia, quae frequentius emuntur a laicis illicitum esset, quia hoc fieret in fraudem clericorum. Similiter si minus assisum poneret proportionaliter loquendo super venalia, quae frequentius emuntur ab extraneis, qd super venalia, quae frequentius emuntur a civibus illicitum esset, quare hoc fieret in fraudem extraneorum. Similiter si maius assisum poneret proportionaliter loquendo super venalia, quae frequentius emuntur a pauperibus, qd super venalia, quae frequentius emuntur a diuitibus illicitum esset: quia hoc fieret in fraudem pauperum. Dico ergo, quia ut supra dictum est, qd supradicta proportione seruata, si animo iniuriandi non faciunt, sed pro necessitate suae communitatis a debitis exoneranda, quae per viam aliam sine nimio grauamine a debitis exonerari non possent, sic dico, qd licitum est consulibus civitatis illud assisum super venalia ponere seruato moderamine per coparationem ad necessitatem coitatis, ita tamen, qd fiat auctoritate Domini temporalis. Nec videtur mihi, qd

clerici debeant ex hoc conqueri, quis ad hoc sequatur, qd venalia emant cariora si emere voluit in ciuitate. Et potest probari per casum legis. Ponitur casus legis talis. Iste homo habet puteum in curia sua, & deriuatur aqua ad illum puteum per quosdam meatus subterraneos, qui sunt in terra mea si ego voluero exsiccare puteum illius, ut danificem illum per exsiccationem putei, facio murum habentem fundamentum ita profundum, qd obserat illos meatus subterraneos, per quos deriuatur aqua ad puteum vicini mei si hoc facio animo iniuriandi vicino meo, teneor sibi de danno. Si autem non facio animo iniuriandi sibi: sed quia imminet mihi aliqua necessitas, vel vtilitas, utpote quia habeo necessitatem claudendi domum meam muro, quia bene non posset stare, nisi cum ita profundo, qd obrueret meatus illos subterraneos per quos deriuabatur aqua ad puteum vicini mei, quis ad factiorem illius fundamenti sequatur, qd vicinus meus non habeat illam commoditatem aquae, quam habebat, eo qd exsiccatus est puteus suus, non tamen teneor sibi de danno, cum magis vellem illam commoditatem sibi remansisse si possibile esset sine impedimento vtilitatis meae. A simili dico, qd si consules ciuitatis obligati debitis ponunt assisum super venalia eorum clericis, & laicis animo iniuriandi clericis, ut videlicet, ab eis extrahant pecuniam ad soluendum debita coitatis, sic dico, qd tenentur eis de danno, si hoc non faciunt animo iniuriandi, nec fraudandi clericos in expositione venaliu, imo quia vident, qd sine nimio grauamine sua coitas expediri non posset a debitis per viam aliam, & hoc facerent si nulli clericis essent in ciuitate qui aliquid essent empturi, tunc dico, qd quis ad hoc sequatur, qd clerici ex hoc habeant minorem commoditatem venalium, qd tunc consules non tenentur clericis de danno, maxime cum clerici non compellantur emere in ciuitate ubi velint, quia possent emere in ciuitate alia: sed non cum tanta comoditate.

Similiter pono casum a iure. Ecce iste Episcopus cogitat in corde suo dare cuidam clerico prebendam unam: sed tamen adhuc non dedit, nec in corde suo firmavit, intimatur tamen mihi a fide dignis, qd probabiliter credunt, qd illam prebendam dabit illi clerico, nisi ego faciam eam peti, tunc pono, qd faciam peti illam prebendam pro me ipso, & datur mihi, & sic non habebit illam ille qui, alias fuisset habiturus ita dignus habere eam sicut ego quaeri potest. Si teneor sibi de danno cum videor sibi praestitisse impedimentum, nec consequitur prebendam, cum tamen ita dignus esset sicut ego habendi eam. Et responderi debet, qd si hoc feci principaliter animo impediendi ipsum ne consequeretur beneficium: quia dignus erat, teneor sibi ad emendam secundum bonorum virorum arbitrium. Si autem non feci hoc animo danificandi ipsum: sed pro vtilitate mea, & necessitatem meam supplendam, quamuis non consequatur vtilitatem, quam alias consequeretur, non teneor sibi de danno:

Casus secundus.

Solutio.

Responsio ad argumenta primae partis quaestionis.

damno: quia magis teneor mihi, quam alij. A simili dico in proposito, & patet per supradicta quomodo iste casus ad principalem propositum debeat applicari.

Ex praedictis patere potest, quomodo iura allegata ad vtranque partem valeant concordari. Illa enim iura, per quae probatum est, qd clerici non possunt cogi ad solutionem exactionum factarum in ciuitate propter vtilitatem boni communis, aut non loquuntur in illo casu, quo intendunt excludere a clericis tentionem fordidorum munerum, aut dicere, quod non tenentur ad angarias, aut si loquuntur in proposito sic intelligi debent, qd non tenentur, quando facultates communibus vrbibus deputatae ad illa explenda sufficiunt: quia durum esset dicere, qd in illo casu tenerentur, ut C. de sacrosanctis ecclesijs ad instructiones expressissime dicitur contrarium, quam legem expresse arrogatam non inuenimus. Unde lex talis est ad instructiones itinerum, & pontium, qua etiam diuinas domus, & venerabiles ecclesias cum laudabili titulo ascribimus, quare non est inter fordidam munera numeratum, vel numerandum. Unde mihi istae duae decretales videntur non minus, & aduersus sic exponi debere, vel etiam alia iura sic exponi debere, vel etiam alia iura ad illam partem allegata, quod isti legi non contrarietur. Dicamus ergo, quod illo casu loquuntur, quando illa vtilitas non est communis clericis: sed laicis tantum, aut quando fiunt in hoc expensa excessiua contempto consilio clericorum, aut quando ad illa explenda sufficiunt facultates communibus vrbibus deputatae.

Ad oppositam partem.

Ex praedictis patet, quomodo iura ad partem aliam allegata intelligi debeant, & exponi. Et haec de praedicta quaestione ad praesens dicta sufficiant, quae volo esse dicta sine prauidicio, & temeraria assertione. Et si quid ibi minus bene dictum est a melius intelligentibus corrigatur.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO XXXI.

Vtrum predicator ratione sui officij teneatur omnia illa facere, quae docet aut praedicat.

Argum. 1.

RESPOND. VIDEATUR, quod sic: quia predicator Euangelij imitari debet formam illius, qui condidit Euangelium: sed Dominus noster Iesus Christus, qui est conditor Euangelij faciebat, quae praedicabat: unde de ipso dicitur in Euangelio. Cepit Iesus facere, & docere: ergo videtur, quod ille qui praedicat Euangelium, vel docet, debet facere, quod praedicat.

En oppositum.

CONTRA, aliquis non debet portare in-

commodum de faciendo illud, quod alijs prodest predicator alijs praedicando facit, quod prodest alijs: ergo de hoc incommodum reportare non debet: ergo non faciendo illa, quae praedicat, non plus facit, quam si illa non praedicaret. Alias enim de sua praedicatione, quae prodest alijs, reportare incommodum videretur.

CONCLUSIO.

Necessario non tenetur ea omnia facere, quae praedicat, nisi ratione, vel scandali, vel voti.

Responsio.

AD ISTAM quaestionem respondeo, qd praedicator ratione sui officij non tenetur omnia illa facere, quae docet, aut praedicat, si enim omnia illa faceret, quae docet, aut praedicat, hoc perfectionis est non necessitatis, si aliqua praedicat, ad quae alias non tenebatur, vel si praedicat ea, ad quae alias tenebatur sicut sunt praecipua Dei, & praecipua ecclesiae, & aliqua alia, ad quae tenebatur forte ex voto, sic planum est, qd ad ista tenetur tentione necessitatis: sed cum praedicat ea, ad quae alias non tenebatur, non video qua ratione praedicationis ad illa teneatur tentione necessitatis, nisi forte in casu ubi ubi si non seruaret illa esset probabilis occasio scandali in auditoribus, per quod posset fieri prauidicium veritati.

Ad oppositum.

ARGUMENTUM pro parte ista, gratia conclusionis potest concedi, quamuis non multum robur habeat, quantum ad formam procedendi.

Ad argum.

AD illud, quod arguebatur in oppositum potest responderi sic. Cum n. dicitis, quod praedicator Euangelij debet imitari formam, illius qui condidit Euangelium &c. Dico, quod si praedicator debet imitari formam illius, qui condidit Euangelium, intelligas necessariam tentionem, sic dico, quod verum est, quantum ad ea, quae omnibus necessaria sunt ad salutem. Ad alia autem non tenetur, nisi ratione voti, vel ratione scandali loquendo de tentione necessitatis, hoc dico propter hoc, quod tentione cuiusdam congruitatis, quae tentione proprie dici non debet, magis tenetur ad faciendum opera erogationis, quae praedicat, quam alij, qui Euangelium non praedicant. Et haec de praedicta quaestione ad praesens dicta sufficiant, & sic patient solutiones ad ea, quae quaerebantur in nostra disputa-

Explicit secundum quolibetum.

# INCIPIIT TERTIVM QVOLIBETVM.

## ARTICVLVS I.



**I**n sequenti disputatio-  
ne quærebatur, quædã  
quæstiones spectantes  
ad scientiam specula-  
tiuam, & quædam ad  
scientiam practicam.  
In quæstiones specula-  
tiuas pponebamus il-  
las, quæ respiciunt Deũ,  
quæ fuerunt quatuor.

Prima respicit Deum sub ratione qua est æternitas, quæ fuit hæc. Vtrum futura sint realiter præsentia æternitati. Secunda respicit ipsum sub ratione qua est causa esse naturæ, quæ fuit hæc. Vtrum actio peccati, in quantum actio sit a Deo. Tertia respicit ipsum sub ratione qua est causa gratiæ, quæ fuit hæc. Vtrum Deus sit tota causa cõuersionis impij, ita, quod impius nihil cooperetur. Quarta respicit ipsum sub ratione qua humana natura est sibi vnita, quæ fuit hæc. Vtrum in ipso fuerunt aliqua opera imperfectionis.

### QVÆSTIO I.

*Vtrum futura sint realiter præsentia æternitati.*

**T**VIDETVR, quod non: quia illa non coexistunt, quæ non existunt: sed futura non existunt: ergo æternitati non coexistunt: ergo non sunt realiter præsentia æternitati.

*Argum. 1.*

*Secundum.*

Item si futura sint realiter præsentia æternitati, pari ratione fuerunt præsentia æternitati ab æterno: sed hoc videtur includere futura fuisse realiter præsentia ab æterno, quod est erroneum.

*Tertium.*

Item nihil, non est præsens alicui rei, nec creatæ, nec increatæ, sed anima Antichristi, quæ ventura est adhuc nihil est: ergo non est præsens alicui rei neq; creatæ neq; increatæ, non est ergo realiter præsens æternitati.

*Quartum.*

Item si anima Antichristi realiter est præsens æternitati sua creatio realiter præsens est æternitati: ergo apud præsens æternitatis iam creata est, hoc autem videtur includere ipsam non esse creandam, quod falsum est.

*Quintum.*

Item, quod est verum Deo simpliciter verum est: ergo similiter, quod est præsens Deo, simpliciter præsens est: ergo si futurum realiter est præsens, Deo simpliciter præsens est realiter, quod falsum est.

Item præsentia est respectu futurorum: sed si omnia futura sint Deo præsentia, nihil est futurorum ipsi Deo, & si sic sequeretur, quod ipse Deus nullius rei præsciens esset.

*Sextum.*

Item quamuis diuina essentia sit immensa, & ita sit præsens cuiuscunque loco, tamen essentia, quæ non sunt non coexistunt sibi in loco: ergo similiter, quamuis diuina duratio, quæ est æternitas sit immensa, videtur, quod res, quæ non sunt, sibi non existunt in duratio: sed futura non sunt: ergo durationi Dei realiter non coexistunt.

*Septimum.*

Item glosa super illud ad Roma. 4. Qui vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt, dicit sic, eliguntur ea, quæ non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit, tamen eligit, & habet electos quos creaturus est eligendos, quod habet apud semetipsum non in natura sua: sed in præsentia sua. Videtur ergo, quod futura non sunt præsentia Deo in natura sua: sed si essent realiter Deo præsentia essent præsentia Deo in natura sua: restat ergo, vt videtur, quod futura non sunt realiter æternitati præsentia.

*Octauum.*

**C**ONTRA, æternitas est duratio immensa, a duratione autem immensa non dicitur aliqua duratio quantumcunque sit a nostro præsentia remota: ergo futura, quantumcunque a nostro præsentia remota sint realiter æternitati sunt præsentia.

*In oppositum.*

### CONCLUSIO.

*Futura omnia æternitati possunt esse realiter præsentia præsens namq; æternitatis, nostrum præsens, & ante, & post in infinitum excedit.*

**A**d videndum veritatem huius quæstionis, primo declarandum est, quod præsens æternitatis totum est ante nostrum præsens, & totum coexistit nostro præsentia, & quod est ultra nostrum præsens in infinitum. Secundo ex his concludendum est, quod futura possunt esse realiter præsentia æternitati, absq; hoc, quod sint in suo præsentia creato. Et tertio confirmandum est per auctoritates.

*De articulo quæstionis.*

Primus articulus sic declarari potest. In æternitate non est præteritum, nec futurum: sed tantum præsens. Vnde August. super Iohannem. In veritate, quæ manet præteritum, & futurum non inuenio: sed solum præsens, & ratio est ad hoc: quia vbi est præteritum, & futurum aliqua mutabilitas est: quia ibi aliquid transit,

*De qua vide Scor. 9. 6. quolibeti art. 3.*

transit, & aliquid ibi de nouo aduenit. Aeternitas autem immutabilis est, in æternitate ergo solum præsens est, & illud præsens est simplicissimum, & immensum, & hoc patet: quia præsens æternitas, est illud idem, quod est ipse Deus. Deus autem simplicissimus est sicut probatum est, Credo sufficienter in quadam quæstionum mearum, in qua quæritur vtrū Deus sit summe simplex. Deus etiam infinitus est, vt probatum est in vna quæstionum mearum, in qua quæritur vtrū Deus sit infinitus, & in hoc, qd probatum est, qd Deus est infinitus satis probatum est, qd Deus est immensus, & ita ex illis duabus quæstionibus satis potest haberi probatio qd præsens æternitatis est simplicissimū, & immensum: vnde ad probandum hoc de nouo non multum immorandum est maxime cum hoc ab oibus concedatur. Accipia ergo istam pro certa, qd præsens æternitatis est simplicissimū, & immensum. Cū ergo sit immensa duratio coexistit nostro præsentia, vel si proprius dictum est nostrū præsens existit ei, & ipsum præsens æternitatis, cum hoc, qd coexistit nostro præsentia, simul excedit nrum præsens, ita, qd est ante nostrū præsens in infinitum, & ultra nostrum præsens in infinitum, & quia est simplicissimū, si coexistit nostro præsentia, totū coexistit, & totum est ante præsens nostrum in infinitum præsens, & totū est ultra præsens nostrū in infinitum. Et sic declaratus est articulus primus. f. qd præsens æternitatis totum est ante præsens nostrum, & totum coexistit nostro præsentia, & quod est ultra nostrum præsens in infinitum.

*Secundus articulus.*

Secundo ex his concludendum est, qd futura possunt esse realiter præsentia æternitati absq; hoc, qd sint in suo præsentia creato, qd patet sic sicut declaratum est in articulo præcedenti, præsens æternitatis totum coexistit nostro præsentia & cū hoc simul est totum ante nostrū præsens in infinitum. Potest ergo considerari præsens æternitatis sub ratione qua totum coexistit nostro præsentia, in quantum totū coexistit nostro præsentia, vel in quantum simul cum hoc, totum est in infinitum ante nostrū præsens, & ultra nostrum præsens, si consideremus, in quantum totū coexistit nostro præsentia, vel in quantum nostrū præsens coexistit ei, sic dico, qd futura non sunt realiter præsentia æternitati: quia ex hoc sequeretur, qd futura essent realiter præsentia in nostro præsentia, qd cõtradictione includit. Et sic debet intelligi verbum quorundam magnorum, qui negant futura esse realiter præsentia æternitati. Si autem consideretur præsens æternitatis, in quantum totū est ultra nostrum præsens in infinitum p suam infinitatem, & immensitatem, & summam eius simplicitatem, sic videtur dicendum sine præiudicio, qd ea, quæ futura sunt per cõparationem ad nostrum præsens realiter præsentia sunt toti æternitati, nec ex hoc sequitur illa esse realiter præsentia in nostro præsentia: quia ex quo concedo, qd non sunt realiter præsentia æternitati,

in quantum coexistunt nostro præsentia, vel nrum præsens ei, in quantum transcendit nostrum præsens, nullo modo pono ea esse realiter præsentia in nostro præsentia, & potest poni aliquo modo exemplū, quod non per omnia simile, diuina essentia tota præsens est huic loco, & tota transcendit hunc locum: quia tota præsens est cuiuslibet alij loco, & cum ego dico hæc res præsens est diuina essentia, in quantum præsens est huic loco, sequitur, & illam rem præsentem esse huic loco: sed si dico, hæc res præsens est diuina essentia non, in quantum diuina essentia est præsens huic loco, sed in quantum transcendit hunc locum ex hoc non sequitur illam rem, qd dico præsentem diuina essentia, esse præsentem huic loco, & satis patet ex prædictis quod hoc exemplum ad propositum valeat applicari, ex quo præsens æternitatis, vt dictum est ita coexistit toti nostro præsentia, qd simul cum hoc totum transcendit nostrum præsens ex vtraq; parte in infinitum, propter summam eius simplicitatem, & immensitatem, & sic declaratus est articulus secundus. f. futura possunt esse realiter præsentia æternitati absq; hoc, qd sint in suo præsentia creato.

*Tertius articulus.*

Tertio confirmandū est hoc per auctoritates. Dicit. n. B. Aug. lib. 83. q. 18. Si oẽ præteritū iam non est, oẽ futurum non deest: ergo præteritū, & futurū deest apud Deũ. Nihil autem deest, nec præteritū, nec futurū, sed oẽ præsens est apud Deũ. Ecce, qd vult B. Aug. qd præterita, & futura quæ definit per cõparationem ad hoc præsens, tñ non de sunt apud Deum: quia per cõparationem ad Deum, nec est aliquid præteritū, nec futurum: sed tantum præsens. Futura ergo realiter præsentia sunt æternitati.

Item dicit Ansel. proso. 19. c. loquens ad Deũ sic. Nihil continet te: sed tu cõtines oia: ergo æternitas Dei simul capit omnia tẽpora. Et si dixeris, qd loquitur de essentia diuina, quæ cõtinet oia loca, a simili potes dicere de æternitate, quæ continet omnia tẽpora. Et præterea certum est, qd ad literam ibi loquebatur de habitudine tẽporum ad æternitatem, & hoc patet per antecedentem literam vbi dicitur. Non ergo fuisti heri, aut eris cras: sed heri, & hodie, & cras es, imo nec heri, nec hodie, nec cras es: sed simpliciter es extra omne tẽpus. Nã nihil est aliud heri, hodie, & cras, qd in tẽpore, tu autem, licet nihil sit sine te, non est tñ in loco, aut tẽpore: sed omnia sunt in te, nec. n. te continet: sed tu contines omnia. Hic patet, qd satis expresse nunc loquitur de habitudine tẽporū ad æternitatem, volens dicere, qd & si Deus non sit in tẽpore, tamen sua æternitas comprehendit omnia tẽpora. Et hoc patet expressius per illud, qd dicit Ansel. in c. seq. vbi dicit sic. Tu ergo Domine imple, & completeris omnia. Postea ponit triplicem expositionem huius, quod dicit Deum esse ultra omnia, & in tertia expositione dicit sic. In hoc quoq; non transis omnia, & æterna, quia tua, & Rich. Med. Quolib. F 3 eorum

eorum aeternitas tota tibi praesens est cum illa nondum habeant de sua aeternitate, quae venturum est, sicut iam non habetur, quae praeteritum est, sic quippe semper est ultra illa semper ibi sis praesens, seu cum illud semper sit tibi praesens, ad quod illa nondum pervenerunt. Ecce habes expresse, quod de mente Ansel. est, quod aliqua duratio futura iam Deo praesens est.

Item Ansel. lib. de concordia praescientiae, & liberi arbitrii loquens de aeternitate dicit sic. Quamvis ibi nihil sit, nisi praesens, non est tamen illud praesens, temporale sicut nostrum. Sed aeternum in quo omnia tempora continentur, sequitur quemadmodum praesens tempus continet omnem locum, & quae in quolibet loco sunt, ita aeterno praesenti simul clauditur omne tempus, & quae sunt in quolibet tempore.

Qui vult tenere partem istam, potest concedere argumentum factum pro ista parte: quia bene pro parte videtur facere.

Ad argumentum vero in oppositum sic potest responderi. Cum. n. dicit, quod illa non coexistunt &c. Dico, quod illa, quae non coexistunt, non coexistunt ipsi aeternitati, in quantum sibi nostrum praesens coexistit: quia sic existerent, & non existerent simul, sed bene coexistunt aeternitati, in quantum aeternitas nostrum praesens transcendit, sic. n. non oportet, quod existant: sed sufficit, quod verum sit, quod existant.

Ad illud, quod arguebatur secundo, quod si futura sint realiter praesentia aeternitati, & ab aeterno fuerunt realiter praesentia aeternitati &c. Dico, quod futura, & modo, & semper sunt realiter praesentia aeternitati, & ante mundi constitutionem fuerunt realiter praesentia aeternitati, nec tamen ex hoc sequitur, quod realiter fuerunt ab aeterno: quia sicut non sequitur, futura sunt praesentia aeternitati: ergo realiter sunt in hoc praesenti, propter hoc, quod non ponuntur realiter praesentia aeternitati, in quantum nostrum praesens coexistit ei: sed in quantum aeternitas est ultra nostrum praesens, ita dico, quod non sequitur, fuerunt realiter praesentia aeternitati ab aeterno: ergo realiter fuerunt ab aeterno: quia non ponuntur fuisse praesentia aeternitati ante mundi constitutionem, in quantum aeternitas transcendit primum instans temporis in infinitum a parte ante: sed in quantum transcendit primum instans temporis a parte post.

Ad illud, quod arguebatur tertio, quod nihil, non est praesens alicui rei, neque creaturae, neque increatae. Dico, quod si vos nihil, illud, quod nec fuit, nec est, nec futurum est, sic propositio habet veritatem. Si autem vocas nihil rem, quae modo non est: sed postea futura est, sic dico, quod talis res, quamvis non sit praesens alicui durationi creaturae pro hoc, quod nullum praesens durationis creaturae habet immensitatem cum simplicitate: sed si ponis ibi simplicitatem, sua simplicitas est ad modum simplicitatis puncti in linea, tamen bene est praesens praesenti durationi increatae, quae

est aeternitas, eo quod tale praesens, ut dictum est, cum sua simplicitate habet immensitatem propter, quae simul ita totum coexistit modo praesenti, quod simul cum hoc totum est ante nostrum praesens in infinitum, & ultra nostrum praesens in infinitum, & sic illa res, quae non est: sed futura est, quamvis non sit praesens aeternitati, in quantum coexistit praesenti nostro, praesens tamen est aeternitati, in quantum aeternitas nostrum praesens transcendit.

Per eundem modum potest solvi argumentum sequens: quia eo modo, quod anima Antichristi ponitur realiter praesens aeternitati, eo modo sua creatio ponitur realiter praesens aeternitati, nec tamen ex hoc sequitur, quod iam creata sit in hoc praesenti: sed quia creabitur in aliquo instanti, quod ipsa aeternitas comprehendit.

Ad illud, quod arguebatur quinto, quod illud, quod est verum Deo, simpliciter est verum, dico, quod verum est Deo, verum est secundum iudicium Dei, quod certissimum est, & cum dicitur postea: ergo quod est praesens Deo, simpliciter praesens est, potest dici hoc esse verum, si serues expositionem uniformem dicendo esse praesens Deo illud, quod est praesens secundum iudicium Dei, sicut dicebam verum esse illud, quod est verum secundum iudicium Dei, bene enim concedendum est illud, quod Deus iudicat esse praesens, illud simpliciter est praesens, & illud, quod Deus iudicat esse praesens in praesenti tempore simpliciter praesens est in praesenti temporis. Sed ea, quae futura sunt, quamvis Deus iudicat illa esse praesentia sibi ratione qua aeternitas transcendit nostrum praesens, non tamen iudicat illa esse sibi realiter praesentia sub ratione qua sua aeternitas coexistit nostro praesenti, vel sub ratione qua nostrum praesens coexistit ei, & ideo sequitur, quod non sunt praesentia in nostro praesenti, nec aeternitati sub ratione qua sibi coexistit nostro praesens, vel sub ratione qua coexistit nostro praesenti, & tamen vera praesentia est aeternitati realiter, in quantum aeternitas nostrum praesens transcendit, hoc est, in quantum aeternitas est ultra nostrum praesens.

Ad illud, quod arguitur sexto, quod praescientia est respectu futurorum, dico, quod verum est respectu futurorum per comparationem ad nostrum praesens: quia respectu praesentis aeternitatis, in quantum est ultra nostrum praesens, vel futurum est, respectu ergo futurorum, quae futura sunt per comparationem ad nostrum praesens dicitur scientia praescientia.

Ad illud, quod arguebatur septimo, quod quis divina essentia sit pns cuicumque loco, tamen essentiae, quae non sunt non coexistunt sibi in loco &c. Dico, quod verum est, & cum arguis postea: ergo quis divina essentia sit immensa, tamen ea, quae non sunt, non coexistunt ei, dico, quod non sequitur: quia sicut se habet divina essentia ad omnia loca, ita aeternitas Dei ad omnia tempora: unde sic debes inferre, sicut essentiae, quae non sunt, non sunt divinae essentiae existentes in loco, quis divina essentia sit immensa, ita quae nec

Ad oppositum. pro parte.

Ad primam. Argum.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad sextam.

Ad septimam.

Ad octavam.

Ad oppositum. pro secunda parte.

Et hinc quaestiois titulum habes in 1. di. 39. art. 1. q. huius doctore vis licet non sit diffuse.

QVAESTIO II.

Virum actio peccati, in quantum actio sit a Deo.

nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, non sunt praesentia realiter aeternitati, quamvis ipsa aeternitas sit immensa, & hoc bene verum est: sed futura, quamvis non sint in tempore praesenti, quod modo est, tamen erunt in aliquo tempore, quod erit praesens, & hoc sufficit ad hoc, quod sint praesentia aeternitati sub ratione qua est ultra nostrum praesens, quia sicut dicit Ansel. & allegatum est supra in tertio articulo quaestio nis, aeterno praesenti clauditur omne tempus, & quae sunt in quolibet tempore.

Ad illud, quod arguebatur postea per quamdam glossam ad Roma. 4. super illud verbum. Qui vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt, quae glossa docere videtur, quod futura sunt praesentia Deo non in sua natura: sed in sua praesentia &c. Potest dici, quod ille qui tenere vellet istam opinionem, haberet istam auctoritatem pro se exponendo sic, quod futura non sunt apud Deum in sua natura, hoc est in natura Dei: quia quamvis ideae naturarum futurarum sint ipsa natura divina, tamen ipsae creaturae futurae non sunt divina natura, & tamen sunt in Dei praesentia sicut dicit glossa in quantum Dei aeternitas est ultra nostrum praesens, sicut pluries dictum est. Qui autem non vult tenere istam opinionem tenendo, quod ipsa futura non sunt realiter praesentia aeternitati: sed tantum modo ideae ipsorum, quae sunt idem quod ipse Deus, per quas ideae ipsa futura praesentia sunt in Dei cognitione: quia ita certe cognoscit ea, sicut si essent praesentia. Posset concedere argumentum pro parte ista, gratia conclusionis.

AD ARGUMENTUM in oppositum posset sic respondere, dicendo, quod quamvis aeternitas Dei sit duratio immensa, & quamvis non distet ab ea aliqua duratio, quae sit, tamen ex hoc non sequitur, quod illa duratio, quae non est sibi realiter praesens sit. Futurum autem dicitur durationem, quae non deest: quia quod futurum est, nondum est, & ideo non oportet, quod futurum tempus realiter praesens sit aeternitati, & ex consequenti, nec ea, quae non sunt, quae tamen erunt in futuro tempore. Dicunt ergo in summa, quod quamvis aeternitas Dei propter suam immensitatem, & quantum est ex parte sua simul posset apprehendere realiter omne tempus praesens, praeteritum, & futurum: tamen quia illud, quod non est nulli realiter praesens est, ideo praeterita, & futura non sunt realiter aeternitati praesentia, non propter aliquam arctationem ipsius aeternitatis: quia ipsa, ut dictum est habet immensitatem, sed propter praeteritorum, & futurorum non entitatem. Et quae dicta sunt de hac quaestione sine praedicio, & temeraria assertione dicta sint.

CONSEQUENTER sequitur.

VIDETUR, quod non: quia videtur tunc esset causa mali culpae annexi illi actioni, quod falsum est: quia malum culpae a Deo non est.

CONTRA, Deus est causa effectiva illarum actionum est enim causa prolis, quae nascitur per fornicationem: sed non esset causa effectiva, qui producitur per talem actionem, nisi esset causa talis actionis, in quantum actio est: ergo Deus est causa actionis peccati, in quantum actio est.

CONCLUSIO.

Licet Deus non sit malitiae causa in actione, ipsius tamen actionis causa erit totius enim essendi ipse est auctor.

RESPONDEO, ad videndum veritatem huius quaestiois clarius, procedendum est sic.

Primo enim ostendendum est, quod actio peccati, in quantum actio, est a Deo.

Secundo ostendendum est, quod non est a Deo sub ratione qua mala, loquendo de malitia culpae.

Tertio declarandum est, quomodo hoc est possibile.

Primum articulum declaro sic. Actio peccati, in quantum actio est a libero arbitrio, ut sub ratione qua liberum arbitrium est, non de alio: quia sic illud ab eo sub ratione qua mala, malitia culpae est: ergo a libero arbitrio, in quantum liberum arbitrium, est a Deo: sed si actio peccati, in quantum actio est a libero arbitrio, in quantum liberum arbitrium est a Deo, sequitur: ergo, quod actio peccati, in quantum actio est a Deo.

Item secundarium movens non movet, nisi in virtute primi moventis: quia sicut dicitur in commento super primam propositionem de causis, causa prima adiuvat secundam causam super operationem suam, quoniam omnem operationem, quam secunda causa efficit, prima efficit. Veruntamen efficit causa per modum altiore, & sublimiore, & paucis interpositis subiungitur, quod non agitur causatum causa secundae, nisi per virtutem primae causae. In motione autem illius actionis, quae subtrahitur est malitiae, liberum arbitrium movens est, & constat, quod non est movens primarium: quia solus Deus est primus motor, non movet ergo liberum arbitrium, nisi in virtute ipsius Dei, actio ergo peccati, in quantum actio est aliqua actio sicut a movente secundario, & a Deo sicut a motore primario, & principali.

Argum. 1.

In oppositum.

Responsio.

Primus Articulus.

Peccati actio in quantum actio, a Deo est.



Item actio peccati, in quantum actio dicitur ens quoddam naturae, omne autem ens natura, si creatum est a principio naturae creatum est, Deus autem est principium omnis naturae, actio ergo peccati, in quantum est actio a Deo est.

Item Augu. 3. de Trinit. c. 4. dicit sic. Voluntas Dei est summa, & prima causa omnium corporalium specierum, atque motionum: sed actio peccati, in quantum actio, quantum ad actionem interiore est, quaedam motio spiritalis, & quantum ad exteriorem motionem, est quaedam motio corporalis: ergo voluntas Dei est prima, & summa causa actionis ipsius peccati, secundum quod actio est, siue loquamur de actione interiore, siue de actione exteriori. Actio ergo peccati, in quantum actio, a Deo est. Et haec de primo articulo dicta sunt.

Secundo ostendendum est, quod non est a Deo sub ratione qua mala loquedo de malitia culpae, & hoc declaratur sic. Malitia defectus est non effectus. Vnde Augu. 11. de ciuita. Dei c. 10. dicit sic. Mali nulla natura est: sed amissio boni, mali nomine accepit, malitia ergo causam habet deficientem, non efficientem. Deus autem non est causa deficiens: sed efficiens, ergo ita est causa actionis, quod non est causa malitiae, cum illa actio subtracta est.

Item Deus non punit pro eo, quod ipsemet facit: sed ipsemet punit pro malitia actionis: ergo non est causa malitiae in actione.

Item ad hoc sunt auctoritates. Dicit enim August. in libro de moribus ecclesiae. Deus defectus creaturae non est auctor, qui essendi tantum auctor est.

Item Fulgentius, quod nullius rei Deus est ultor cuius est auctor.

Item Augustinus de ciuitate Dei libro 12. cap. 2. Nemo querat causam efficientem male voluntatis, non enim est efficiens: sed deficiens: quia illa non est effectio: sed defectio. Ex his auctoritatibus potest concludi, quod in secundo articulo proponebatur, scilicet, quod actio peccati sub ratione qua mala mala malitia culpae non est a Deo. Et haec de secundo articulo dicta sunt.

Tertio declarandum est, quomodo hoc sit possibile, quod actio peccati sub ratione, qua actio est a Deo, & tamen malitia culpae cui illa actio subtracta est, non est a Deo. Ad cuius intelligentiam, sciendum est, quod Deus dedit creaturae rationali liberam voluntatem ad hoc ut per ipsam in suum actorem tenderet, non ad hoc, ut per eam a suo actore recederet.

Item sciendum, quod defectus in actu voluntatis est a voluntate, ratione defectibilitatis, quae defectibilitas voluntatis a Deo non est. Ipsa enim actio, in quantum actio ab ipsa voluntate, quae est a Deo creata est.

Item Deus non tenetur prohibere defectum in actu ipsius voluntatis: sed voluntas tene-

tur ipsum defectum prohibere per suam libertatem.

Item ille defectus in actu voluntatis, ita est accidens illi actui, qui a voluntate causatur per se, quod non attingitur ab ipsa voluntate: quia sicut dicit Diony. c. 4. de di. no. Nullus respiciens malum facit, quae facit. Non enim dicitur, quod ille effectus, ita sit effectus per accidens, sicut inuentio thesauri huius, quod est velle seminare bladium: quia hic effectus aliquo modo attingitur a causa: sed dicitur effectus per accidens: quia non intentus, & quia non sequitur de necessitate ad suam causam. Si ergo consideremus ista quatuor videlicet, quod ista deformitas, quae dicitur malitia actionis ita est effectus huius voluntatis, quod non attingitur a voluntate, quamuis accidat effectui per se ipsius voluntatis. Et quod est a defectibilitate liberae voluntatis, quae defectibilitas non est data creaturae rationali ad sic deficiendum, hoc est dictum, quod propter talem finem data non est. Et quod Deus illum defectum prohibere non tenetur, quamuis voluntas teneatur prohibere illum defectum per libertatem, quam a Deo accepit, videre poterimus, quomodo hoc sit possibile, quod Deus non sit causa malitiae culpae, quamuis ipse Deus causa sit ipsius actionis, quae ipsi malitiae substrata est. Et haec de tertio articulo dicta sunt.

Concedendum est ergo, quod actio peccati, in quantum actio a Deo est.

ARGUMENTUM pro parte ista concedi potest.

AD ARGUMENTUM in oppositum satis potest patere. Responsio per illud, quod in tertio articulo quaestionis dictum est, si diligenter inspiciantur, quae ibi dicta sunt. Et haec de praedicta quaestione ad praesens dicta sunt.

CONSEQUENTER sequitur. QVAESTIO III.

Utrum Deus sit tota causa conuersionis impij, ita quod impius nihil cooperetur ad hoc.

RESPONDETUR, quod sic: quia nullus effectus excedit suam causam: sed gratia excedit impium: ergo respectu gratiae impius non videtur habere aliquam causalitatem: sed conuersio impij est per gratiam ergo &c. sed si comparetur ad suam conuersionem respectu suae conuersionis haberet aliquam causalitatem: ergo videtur, quod impius nihil cooperatur ad suam conuersionem.

CONTRA, Deus conuertendo illum, & non alium, videretur acceptor personarum, quod falsum est: quia sicut dicitur Actuum. 10. in veritate compari, quod non est acceptor personarum Deus: sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

CONCLUSIO.

Potest quidem Deus a quo solo, quae vis perficitur conuersio, impius absque vlla ipsius cooperatione conuerti, at vero ex communi lege disponere se debet.

Distinctio quaestionis.

AD videndum veritatem huius quaestionis, sic procedendum est.

Primo declarandum est, quod conuersio impij per priuilegium speciale potest esse a Deo sine comparatione impij.

Secundo declarandum est, quod in illa conuersione impij, quae est de lege communi cooperatur impius in disponendo se.

Tertio declarandum est, quod conuersionis impij, tam illius, quae est de lege communi, quam illius, quae fit modo priuilegiato, complementum est a solo Deo.

Primum articulum.

Primum articulum ego declaro sic, ponatur aliquis impius dormiens perfecte: nullum habens perfecte usum rationis, nec completum, nec incompletum, in isto impij sic dormiente, non videmus aliquem actum contrarium conuersionis suae, quicquid ergo est in eo contrarium conuersioni est in eo per modum habitus, siue positui, siue priuatiui: quia hic loquor large de nomine habitus. s. prout se extendit ad habitum proprie dictum, & ad priuationem alicuius boni debiti, quod bonum debitum non est aliquid intellectus, nec voluntatis. Certum est autem, quod habitum posituum si aliquis esset repugnans conuersioni, posset Deus destruere in dormiente infundendo habitum oppositum, cuius ille dormiens nihil cooperetur. Videmus enim quod ignis in materia aquae posset destruere formam aquae absque hoc, quod ipsa materia cooperaretur aliquid agendo, multo fortius Deus potest destruere in dormiente aliquem habitum contrarium causando, sibi ipsum habitum priuatiuum posset destruere causando in dormiente, vel restituendo dormienti illum bonum debitum, cuius ille habitus priuatius erat absque hoc, quod ipse dormiens cooperaretur. Sicut videmus, quod carteria luminis, quae est in aere, absque hoc, quod ipse aer aliquid coagat, sed sufficit, quod patiat, multo fortius posset Deus destruere tenebras priuationis in anima dormientis infundendo habitum luminis absque hoc, quod ipse dormiens aliquid coagat: sed sufficit, quod patiat, peccata enim sunt, quaedam tenebrae spirituales in anima, ita, ut per istas tenebras mentes peccatorum tenebrae appellarentur in Euangelio secundum Io. secundum quod exponit B. Aug. 4. de Tri. c. 3. ubi postquam dixerat in fin. c. 2. Lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendent, statim subiungit in principio. c. 2. quia tenebrae sunt stultae mentes hominum praua cupiditate, ac infidelitate coactae. Et si dicas, quod sol non repellat tenebras aeris, nisi esset in aere, dispositio ad luminis susceptionem: ergo similiter ipse Deus non potest repellere tenebras

Solutio.

T. c. 14.

Secundus articulus.

Tertius articulus. Ad hoc videtur de Sco. in 2. dist. 37. q. 1.

Responsio quaestionis.

Ad oppositum.

Ad argumentum.

Argum. 1.

In oppositum.

Ioan. 1.

Obiectio.

Hinc volunt aliqui dicere, quod Paulus nō operatus fuit ad suam conuersionem. Vnde dicunt ipsum conuersum fuisse modo priuilegiato. Ego autē dico, quod quamuis Deus priuilegium speciale sibi fecerit, non tamen conuersus est modo priuilegiato. De quo dictum est in primo articulo quæstionis, hoc est, quod fit conuersus ipso penitus nihil cooperante, imo credo, quod suam iustificationem aliqua præparatio præcesit tempore breui, vel saltē causa, Deus enim gratuita liberalitate sua primo ipsius Pauli excitauit affectum, affectus excitatus, quod in se fuit disposuit semetipsum, & tunc Deus lumen gratiæ infundendo instituit ipsum, nec mirum si in modico tempore omnia ista fuerunt facta: quia sicut super locū prædictum dicit glosa. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

Tertius Ar  
gum.

Tertio declarandum est, quod conuersionis impij tam illius, quæ est de communi lege, quamuis illius, quæ fit modo priuilegiato, cōplementum est a solo Deo, quare cōplementum conuersionis impij, siue fiat de lege communi, siue modo priuilegiato est per infusionem gratiæ gratum facientis: sed gratia gratū faciens causatur in anima a solo Deo: ergo cōplementum cōuersionis impij est a solo Deo. Huic concordat uerbum Apostoli ad Ephe. 2. ubi dicit sic. Gratia saluari estis per fidem, & hoc non ex uobis, Dei enim donum est. Huic etiam concordat, quod dicit August. & recitatur a magistro. 2. lib. sentent. dist. 27. Quod uirtus est bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur, & qua nullus male utitur, quod Deus solus in lumine operatur. Et hæc de tertio articulo dicta sufficiant.

Ex dictis patet, quomodo solui possit argumentum ad utranq; partem quæstionis.

Ad argum.

Cum enim primo vis probare, quod nullus impius cooperatur ad cōuersionem suam per hoc, q̄ nullus effectus excedit suā causam &c. Dico, quod quamuis gratia non sit effectus impij, tamen ipse per motum sui liberi arbitrij in ipsum Deum disponit se ad recipiendum illū effectum.

Ad oppositum.

ARGUMENTVM autem ad partem aliā, per quod intendis probare, quod Deus non posset conuertere impium, nisi ipso imperio cooperante, non concludit, si enim essent duo æqualiter peccatores, & unū Deus infunderet habitū gratiæ ipso non disponente se: sed perfecte dormiente, & alij qui etiam se non disponerent, Deus gratiam suam non infunderet, nō propter hoc esset acceptor personarum: quia neutri istorum Deus debitor est: unde si unū iustificat ex priuilegio speciali, alium non, de iure conqueri non potest, imo si conquereretur, sibi dici iuste in persona Dei posset illud uerbum Euangelij, non facio tibi iniuriam, aut non licet mihi, quod uolo facere, an ocu-

Matth. 2.  
acceptator

lus tuus nequam est: quia ergo bonus sum, tūc enim acceptio est personarum, quando vnus æqualiter tenetur duobus, & unū subtrahit totum debitum suum, vel partem debiti, & dat alij. Deus autem nulli impio debitor est alicuius beneficij. Et hæc de prædicta, quæstione dicta sint sine præiudicio.

personarū,  
quis.  
dicitur, &  
hæc quæstio  
nem Doctor  
in 4. di. 17.  
ar. 4. q. 1.

CONSEQUENTER sequitur.

QVÆSTIO IIII.

Vtrum in Christo fuerint aliqua opera imperfectionis.

RESPONDENT VIDE TVR, quod sic: per Dominum Nicolaum Papam in illa decre. Exijt qui seminat, ubi dicit Nicolaus. Egit namq; Christus, & docuit perfectionis opera, egit etiam infirma, ut interdum in fuga patet, & loculis, videtur, q̄ in Christo fuerunt aliqua opera imperfectionis.

Argum. 1.  
Clem. extra  
de uerbis  
significatio-  
ne.

CONTRA, qui facit opera imperfectionis a perfectione summæ rectitudinis dicitur curuari: sed secundum Nicolaum Papam in prædicta decretali. Christus a summæ rectitudinis perfectione, non fuit curuatus: ergo nunquam habuit opera imperfectionis.

In oppositum.

CONCLUSIO.

Multa quidem Deus statui infirmorum egit competentia opera, tamen perfectissima fuerunt, ex perfectissima namq; processerunt charitate.

AD ISTAM quæstionem respondeo, q̄ in Christo, quædam fuerunt opera competentia statui infirmorum, & opera competentia statui perfectorum, & tamē omnia opera prout fuerunt in Christo, fuerunt opera perfectionis, quod autem in Christo fuerint opera competentia statui infirmorum patet: quia Christus ut legitur in Euāgelio oculos habuit, & quandoq; persecutionem aduersariorum fugit, quæ opera competentia sunt statui infirmorum, & hoc fecit Christus, ut imperfecti non desperarent, nec statum suum damnabilem crederent esse: unde dicit Nicolaus Papa in illa decretali exijt, qui seminat de Christo, quod egit, & infirma, sicut interdum in fuga patet, & loculis, sicut dicitur, infra ea. Hoc fecit Christus, ut imperfectorum infirmas semitas non damnaret. In Christo etiam fuerunt opera competentia statui perfectorum: quia Christus tenuit altissimam paupertatem, quod competit statui perfectorum. Quod autem tenuerit altissimā paupertatem, patet per illud, quod dicit de se ipso. Matth. 8. ubi dicit sic. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Filius autem hominis non habet ubi caput suū reclinet. Quod autem summa paupertas spectet ad perfectionem,

Responso.

nē, patet per illud, quod dicit Saluator Matth. 19. ubi dicit sic. Si vis perfectus esse vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni, & sequere me. Et super illud uerbum omnia, dicit glo. Interlinearis non partem. q. d. nihil sibi retinere, nec partem, nec totum, spectat ad perfectionem, posuit etiam pro nobis vitam suam, quod fuit opus maxime perfectionis. Vnde ipse dicit Ioan. 15. Maiorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat, quis pro amicis suis, & accipitur ibi anima, pro corporali uita. Dico ergo, q̄ omnia opera Christi prout fuerunt in Christo fuerunt opera perfectionis. Sicut enim dicit B. August. de uera religione. Tota eius uita fuit disciplina morum: unde ipse significatur per exempla de quo dictū est Moysi. Vide, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte est monstratum.

Exod. 25.

De perfectione autem exemplaris est in doctrina morum, quod in ea inueniatur multiplex modus imitandi ipsum, & ideo illa opera in quibus condescendit infirmis prout in Christo fuerunt, perfecta, fuerunt saltem formaliter: quia forma operum in genere moris charitas est, & omnia opera Iesu Christi, tam illa in quibus uiam perfectionis exercuit, quam illa in quibus interdum infirmorum imperfectionibus condescendit, ex perfectissima charitate processerunt, & ideo in omnibus suis operibus uiam perfectionis extulit. Et huic concordat illud, quod dicit Nicolaus Pontifex in prædicta decre. Exijt qui seminat, ubi dicit de Christo sic. Ex summæ charitatis dignatione ad actus quosdam nostræ imperfectionis conformes inducitur, quod a summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Sic ergo patet, quod in Christo fuerunt, quædam opera competentia statui infirmorum. Et opera competentia statui perfectorum, & tamen omnia opera Christi prout fuerunt in Christo opera perfecta, perfecta fuerunt. Et quia hæc sententiam pulchre dicit Nicolaus Papa in prædicta decreta. Exijt qui seminat, in illo passu ubi plures auctoritates pro ista, quæstione accipi. Ideo totum illud ponamus, sicut in littera iacet, & si quid in ista quæstione dictum est, quod repugnet illi litteræ habeatur pro falso, & si totum, quod dictum est in ista quæstione illi litteræ concordat, habeatur pro uero. Credo tamen, quod nihil repugnans illi litteræ in hac quæstione dixi. Ecce uerba Domini Nicolai. Sicut ipse Christus, cuius opera sunt perfecta in suis actibus uia perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectionibus condescendens uiam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret, sicut infirmorum personam Christus suscepit in loculis, sic & in non nullis alijs infirma humanæ carnis assumens prout euangelica testatur hystoria, quod non tantum me-

te: sed & carne condescendit infirmis. Sic enim humanam naturam assumpsit, quod in suis operibus perfectus existens in nostris humilis factus, & in proprijs permanfit excelsus, sic ex summæ charitatis dignatione ad actus quosdam imperfectioni nostræ conformes inducitur, quod a summe perfectionis rectitudine non curuatur. Namque egit Christus, & exercuit perfectionis opera, egit etiam infirma sicut interdum in fuga patet, & loculis: sed utrumque perfecte perfectus existens, ut perfectis, & imperfectis se uiam ostenderet, qui utraq; saluare uenerat, qui tandem pro utriusque mori uoluit.

Ad argum.

Ex prædictis patet, quomodo solui debeant argumenta ad utranque partem. Cum enim primo intendis probare, quod in Christo fuerunt aliqua opera imperfectionis, ex dictis patet, quomodo solui debeat: quia illa opera, in quibus condescendit infirmis prout fuerunt in Christo, fuerunt opera perfecta formaliter: quia ex perfectissima charitate processerunt. Patet ergo, quomodo solui debeat argumentum ad istam partem: quia non potest per hoc concludi, quod Christus unquam fuerit curuatus a summe rectitudinis perfectionis: quia ad perfectionem summæ rectitudinis pertinebat ex perfecta charitate condescendere infirmis. Et potest ad hoc poni aliquale exemplum, quamuis longinquum, si quis prælatus uidens subditum suum tristem nimis, & sibi condescendendo ex charitate secum loquatur quædam uerba solatiofa, quæ nullam inhonestatem contineant per quæ subditum lætificet, quamuis sint uerba iocosa non deuiat propter hoc a perfectione: quia formaliter loquendo hoc opus in prælato interdum magis est perfectum: quia hoc non facit propter infirmitatem propriam: sed ad supportandum, & subleuandum infirmitatem alienam. Et hæc de prædicta quæstione sine præiudicio dicta sint.

ARTICVLVS II.

CONSEQUENTER proponamus quæstiones speculatiuas, quæ fuerunt de creaturis, & primo illas, quæ respiciunt vim naturalem. Secundo illas, quæ respiciunt vim animalem. Tertio illas, quæ respiciunt vim intellectualem, uel rationalem. Et inter quæstiones respicientes vim naturalem primo preponatur una, quæ respicit vim naturalem passiuam. Secundo, quæ respiciunt vim naturalem actiuam.

QVÆSTIO V.

Vtrum magnitudo naturalis sit diuisibilis in infinitum.

RESPONDENT VIDE TVR, quod non: quia per phylo. i. phyfi. est dare minimā carnem: ergo eadem ratione minimum ignem, & sic de alijs corporibus naturalibus: ergo &c.

Argum. 1.  
T. c. 63.  
Et 2. de animalibus.  
T. c. 41.  
Natura con  
stanti &c.

CONTRA,

In opposi-  
tum.  
T.c. 1.  
CONTRA, aliter magnitudo compone-  
retur ex indiuisibilibus, quod est contra phy-  
6. phys. ergo. &c.

CONCLUSIO.

Magnitudo naturalis in infinitum in actu primo  
(hoc est, quantum ad primum esse) diuidi potest, si-  
cut, & mathematica diuiditur, minime autem in  
secundo potest.

De articula-  
tio, quæstio  
nit.  
AD videndum veritatē huius quæstionis.  
Primo declarandum est, quod magnitudo mathe-  
matica diuisibilis est infinitum. Secundo, quod  
magnitudo naturalis, quantum ad actum essen-  
di est diuisibilis in infinitum declarandum est;  
quod quantum ad actum, qui est generare sibi si-  
mile, & mouere se, & mouere sensum, non est  
diuisibilis in infinitum.

Primus Ar-  
ticulus.  
T.c. 1.  
Primum articulum declaro sic secundum  
phylosophum sexto, physico. & etiam. 5. Con-  
tinua sunt quorum vltima sunt vnum. Sed in  
puncto non est assignare vltimum, & illud  
cuius est vltimum tanquam duo differentia:  
Sicut enim dicit phylosophus sexto physico.  
non est autem hoc vltimum punctorum ali-  
quod aliud, alia autem pars indiuisibilis: er-  
go ex duobus punctis non potest constitui  
continuum, & pari ratione neque ex pluri-  
bus, linea ergo non est composita ex punctis:  
sed secundum phylosophum 3. physico. Ex qui-  
bus est vnum quodque in ipsa diuiditur, in quo  
dat intelligere aliam propositionem, quod totum  
mathematicum non resoluitur in ea ex quibus  
non componitur: ergo linea non est diuisibilis  
in puncta: sequitur ergo, quod est diuisibilis in sem-  
per diuisibilia: quia aliter diuisio eius staret  
ad indiuisibilia, non autem ad alia indiuisibi-  
lia, quod ad puncta, probatum est autem, quod non est  
diuisibilis in puncta. Linea ergo diuisibilis est  
in semper diuisibilia: sed quod diuisibile est in  
semper diuisibilia est, & diuisibile in infinitum,  
linea ergo est diuisibilis in infinitum: ergo pa-  
ri ratione superficies in superficies, & solidi-  
tas, ita, quod linea in lineas, superficies in su-  
perficies, soliditas in soliditates.

T.c. 26.  
T.c. 1.  
T.c. 45.  
et in primo  
T.c. 66.  
Præterea punctus est indiuisibilis, omne au-  
tem, quod tangit aliud, ita se habet ad illud,  
quod tangit, quod aut pars tangit partem, aut  
pars totum, aut totum, totum cum ergo pun-  
ctus sit indiuisibilis, & indiuisibile sub ratione  
qua indiuisibile non habeat partem, & par-  
tem, sequitur, quod pars puncti, nec potest tan-  
gere partem puncti; nec pars puncti totum pun-  
ctum, restat ergo, quod si punctus tangit pun-  
ctum, tangunt se secundum se tota. Ex talibus  
autem non potest constitui aliquid maius; se-  
cundum quantitatem: sed ex illis, ex quorum  
coniunctione non potest constitui maior ma-  
gnitudo, non potest componi continuum: er-  
go linea, quæ est quid continuum, non potest

componi ex punctis: ergo, nec resolui in pun-  
cta, sequitur ergo, quod est diuisibilis in sem-  
per diuisibilia. Sed quod est diuisibile in sem-  
per diuisibile, est diuisibile in infinitum: ergo  
linea est diuisibilis in infinitum, & pari ratio-  
ne, & superficies, & soliditas sicut prius di-  
ctum est, & de primo articulo hæc dicta  
sunt.

Secundo declarandum est, quod magnitu-  
do naturalis sicut magnitudo considerata in  
aere, & in igne, quantum ad actum essendi est  
diuisibilis in infinitum, ita, quod ignis diuisi-  
bilis est in scintillas sine fine, quantum ad ac-  
tum essendi: vnde hanc diuisionem Deus facere  
posset, & illas scintillas conseruare in esse.  
Et hoc declaro sic, sub qualibet parte  
quantitatis ignis, est pars materiæ ipsius, &  
pars formæ, quæ materia est extensibilis per  
extensionem quantitatis, non enim debet dici,  
quod materia quanta sit potentia sub quali-  
bet parte, quantitatis suæ; extenditur, ergo  
forma, quæ educitur de potentia materiæ per  
extensionem materiæ, de cuius potentia edu-  
citur. Vnde non debet dici, quod hæc forma  
signata huius aeris, sit tota sub qualibet parte  
quantitatis suæ, quantum ad totalitatem singu-  
laritatis suæ; hoc totum dico, propter hoc,  
quod bene est tota sub qualibet parte quanti-  
tatis suæ ad totalitatem speciei. Cum ergo ut  
ante probatum est ipsa quantitas continua  
sub ratione qua quantitas continua, sit diuisi-  
bilis in infinitum, & cuilibet parti respon-  
deat pars ignis, sequitur, quod ipse ignis  
quantus, diuisibilis est in infinitum, ita quod  
quælibet pars composita esset ex materia, &  
forma ignis, posset tamen deueniri ad par-  
tes ita paruas, quod nullo modo possent con-  
seruari in esse in virtute creata tantum, &  
hoc propter debilitatem virtutis in illis par-  
tibus. Deus tamen illas conseruare posset.  
Hanc autem diuisionem realem solus Deus  
facere posset, quamuis angelus, vel anima  
intellectiua possent intelligibiliter illam diu-  
isionem facere. Et hæc de secundo articulo  
dicta sunt.

Tertio declarandum est, quod quantum  
ad actum secundum qui est generare sibi si-  
mile, & mouere se, & mouere sensum, non  
est diuisibilis in infinitum. Et hoc declaro  
sic: quia ad reducendum potentiam mate-  
riæ ad actum formæ, requiritur virtus deter-  
minata in agente qua minor non posset  
facere illam reductionem, & ita posset Deus  
diuidere ignem in tam paruas scintillas,  
quod minor aliqua illarum, non posset de  
materia aeris, vel de quacunque alia ma-  
teria formam ignis educere. Similiter ad  
diuidendum medium requiritur virtus deter-  
minata, qua minor non posset medium  
diuidere. Et quia duo corpora naturali-  
ter, non possunt esse in eodem loco, & ideo  
si cor-

Secundus  
articulus.

Tertius Ar-  
ticulus.

2. de animæ  
T.c. 69.

si corpus naturaliter mouetur per medium  
oportet, quod sit virtus medium potens diui-  
dere, & ideo sequitur, quod ignis possit diui-  
di in tam paruas scintillas, quod minor scin-  
tilla non posset se mouere: quia non posset me-  
dium diuidere. Similiter ad hoc, quod sensi-  
bile moueat sensum, requiritur virtus determi-  
nata, qua minor non posset sensum mouere, &  
ideo posset ignis diuidi in scintillas ita par-  
uas, quod minor aliqua illarum non posset  
per se sensum mouere: vnde, & philosophus  
de sensu, & sensato videtur velle, quod sensibi-  
le per diuisionem magnitudinis deuenit, ad  
quantitatem, secundum quam non potest mou-  
ere sensum in actu: sed tamen est sensibile in  
potentia ad mouendum sensum, ita, quod con-  
iunctum cum alio posset mouere in actu. Sic  
ergo patet, quod sensibile potest esse ita par-  
uum, quod quamuis esset sensibile in actu pri-  
mo, in quantum habet formam ipsius sensibi-  
lis, tamen non esset actu sensibile, quantum ad  
actum secundum, qui est mouere sensum.

Circa finem.  
Ad argum.  
Ex prædictis patet quomodo possint solui  
argumenta ad vtranque partem.

Quod enim arguebatur de carne minima  
posset dici philosophum sic intellexisse, quan-  
tum ad hoc, quod est ex generante sibi simile:  
quia est dare carnem, ita paruum, qua minor  
non posset nutrimentum in carnem conuertere,  
& sub isto sensu concessum est, quod magni-  
tudo naturalis, non est diuisibilis in infini-  
tum: sed quantum ad esse primum, non intel-  
lexit philosophus, quod sit dare minimam car-  
nem, nisi vellet vocare minimam carnem il-  
lam qua minor non posset se naturaliter in  
suo esse conseruare: sed hoc non obstat, quo-  
niam ipsa caro posset diuidi sine fine suppo-  
sito, quod ipse partes conseruetur. Vnde ad  
excludendum omnem controuersiam Deus  
posset sic diuidere carnem sine fine, quod quæ-  
libet pars haberet materiam, & formam car-  
nis, & sic ex parte sua diuisibilis est in infini-  
tum, quantum ad actum primum. Aliqui ve-  
ro sunt qui volunt dicere, quod philosophus  
non dicit illud verbum assertiue: sed ducendo  
ad illud, tanquam ad inconueniens ex opinio-  
ne illorum qui dicebant quodlibet esse in quo  
libet, per modum talem, quod quælibet res  
componebatur ex partibus indiuisibilibus  
omnium rerum, & denominabatur ab abun-  
danti. Vnde illud in quo erant plures partes  
carneæ erat caro secundum eos, & illud in quo  
erant plures partes aqueæ, erat aqua secun-  
dum eos, sic de alijs, & dicebat vtrum genera-  
ri ab alio per segregationem, vt scilicet, ex-  
trahendo de carne partes aqueas, dicebat ge-  
nerari ex carne aquam, istos ducit philoso-  
phus ad inconueniens de sua opinione ar-  
guendo sic. Secundum istam opinionem est  
dare carnem minimam, & aquam minimam,  
& sic de alijs, cum dicunt quodlibet genera-

Anaxago-  
re. f. cuius  
opinionē vi-  
de 1. physico.  
T.c. 32. &  
inde.

bile, & corruptibile corpori ex minimis par-  
tibus omnium rerum: ergo cum quilibet pos-  
set generari ex quolibet, tunc ex minima car-  
ne posset generari aqua per segregationem  
alicuius partis aqueæ ab ea. Sed illud ex quo  
segregatur aliquid minus efficitur, & sic esset  
dare carnem minorem, quod est inconueni-  
ens. Ecce ergo, quod non fuit de opinio-  
ne sua, vt ipsi dicunt, quod esset ponere car-  
nem minimam.

Ad opposi-  
tum.  
ALIVD argumentum bene concludebat  
magnitudinem naturalem esse diuisibilem in  
infinitum, quantum ad actum primum, qui est  
esse: sed quia sicut dicit philosophus fere tota  
natura est in motu, ideo rem naturalem non  
conseruauerunt philosophi vocare, nisi, quod  
potest generare sibi simile, vel mouere se, vel  
mouere sensum, vel aliquem motum facere  
alium, & ideo illud, quod non est tale in actu:  
sed in potentia, quamuis habeat actum pri-  
mum, hoc est formam rei, non diceretur ali-  
quid naturale secundum communem loquen-  
di usum, & ideo forte hanc intentionem ha-  
buerunt illi qui dixerunt corpora naturalia  
non esse diuisibilia in infinitum.

CONSEQUENTER veniendum est ad  
quæstiones, quæ respiciunt vim naturalem  
actiuam, quæ fuerunt quatuor.

QVAESTIO VI.

Vtrum motus naturalis possit fieri in  
instanti.

VIDETUR, quod sic: quia au-  
gmentum includit motum loca-  
lem: sed augmentum videtur fieri  
in instanti: quia illud, quod aug-  
mentatur non augmentatur continue: quia  
primo fit dispositio, & postea augmentatur. Et  
sic deinceps vsq; ad perfectam quantitatem  
augmentandi.

CONTRA, secundum phyloso. 6. physico. In opposi-  
tum.  
Ante mutari est mutatum esse, & ante muta-  
tum esse mutari, quod non esset verum si mo-  
tus naturalis posset fieri instanti.

CONCLUSIO.

Impossibile est motum naturalem fieri in instan-  
ti, limitata enim est creata virtus.

AD ISTAM quæstionem respondeo, quod Responso.  
motus naturalis non potest fieri instanti.

Ad cuius euidenciam est intelligendum, De articu-  
lario quæ-  
stionis.  
quod triplex est diuisibilitas in motu. Secun-  
do ex quo causatur diuisibilitas, quæ est ex  
parte durationis. In tertio concludendum est  
propositum.

Quantum ad primum, sciendum est, quod  
motus



motus est diuisibilis ex parte mobilis, quando mobile est partibile, quare quolibet pars ipsius mobilis partibilis mouetur ex parte spacij, si est motus secundum locum, & ex parte qualitatis, quæ acquiritur, quando est motus secundum alterationem, est etiam diuisibilis ex parte durationis. Et sunt istæ tres diuisibilitates differentes: quia si Deus transferret vnũ corpus de vno loco ad alium locum in instanti, in hac mutatione esset diuisibilitas ex parte mobilis, & ex parte spacij, non autem ex parte durationis. Si autem Deus transferret angelũ de loco ad locum per spacium medium in instanti, in illa mutatione esset diuisibilitas ex parte spacij non mobilis, nec ex parte durationis, cum autem angelus transfert se de loco ad locum: quia hoc non potest facere sua propria virtute in instanti, in illa mutatione est diuisibilitas ex parte durationis, & ex parte spacij, non autem ex parte mobilis, ex quibus satis patet illas tres diuisibilitates differentes esse, cum duæ possint esse, vbi tertia non est, vel vna vbi aliæ duæ non essent, quamuis illa, quæ est ex parte durationis non possit esse, nisi sit vna istarum. Hæ autem tres diuisibilitates ipsius motus trahi possunt ex sententia phy. 6. phyfi. Et hæc de primo articulo dicta sint.

T. c. 33.

Secundus Articulus.

Quantum ad secundum articulum, sciendũ quod diuisibilitas ex parte durationis causatur ex resistentia medij ad mobile, vel mobilis ad motorem, vel ex limitatione virtutis in motore cum diuisibilitate ipsius spacij. Vnde eo ipso, quod virtus motoris limitata est, non potest transire aliquid per spacium: nisi cum mora, nec etiam qualitatem partibilem de potentia ipsius, quod alteratur educere, nisi cum mora. Quod autem non possit transferre motor limitatæ virtutis mobile de loco ad locum per spatium medium, nisi cũ mora, patet per phylo. lib. phyfi. qui vult, quod ex priori, & posteriori in magnitudine causatur prius & posterius in tẽpore. Dicitur, & 6. phy. quod similiter diuiditur spacium, & tempus. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

4. T. c. 99.

T. c. 17.

Tertius Articulus.

Ex prædictis faciliter concluditur propositum, ex quo enim, vt habitum est in præcedenti articulo, motor limitatæ virtutis non potest transferre mobile de loco ad locum instanti. Omnis autem natura creatæ limitatæ virtutis est, sequitur, quod motus naturalis non potest fieri in instanti, quamuis fines motuum in instanti sint: sed finis motus non est motus, sicut nec instans est tempus, nec punctus linea.

Ad oppositum. Ad argum.

ARGUMENTVM pro parte ista gratia cedendum est. AD illud, quod arguitur in oppositum de augmento, dico, quod illud argumentum nõ multum valet: quia quamuis natura non extendat continue corpus vsq; ad terminum quo animalia non augentur amplius, tamen quando extendit, illa extensio est vnus motus con-

tinuus: vnde verum est, quod natura primo disponit, & postea extendit, & illa extensio motus est continuus, & postea iterum extendit per motum, ita, quod corpus deducitur ad perfectam quantitatem per plures augmentationes, quarum quælibet est motus. Et sic patet solutio ad argumenta.

CONSEQUENTER sequitur.

QVÆSTIO VII.

Vtrum bona fortuna possit esse alicui homini naturalis.

¶ T V I D E T V R, quod sic: quia dicitur phylø. in libro de bona fortuna, quod bona fortuna est sine ratione natura.

Argum. 1. Lect. 2.

¶ C O N T R A, phyloso. 2. phy. Quæ a natura sunt in pluribus sunt, quæ autem a fortuna in paucioribus.

In oppositum. T. c. 77.

C O N C L V S I O.

Nemo per naturam bene fortunatus vniuersaliter esse potest, dispositiue potest non tamen necessario.

RESPONDEO, primo videndum est, quid est bona fortuna. Secundo declarandum est, quod vna causa aliquando est fortuna respectu vnus effectus: quia non est fortuna respectu alterius effectus. Tertio declarandum est, quod vnus effectus aliquando est fortuitus respectu vnus causæ, & non respectu alterius. Quarto declarandum est, quod homo non potest esse bene fortunatus vniuersaliter per naturam. Quinto declarandum est, quod bona fortuna est aliquando homini naturalis aliquo modo, & aliquo modo non.

De articulo, quæstio nis.

Ad intelligentiam primi articuli sciendum, quod fortuna accipitur aliquando pro causa, aliquando pro effectu fortuito: vnde dicimus quod velle seminare bladum respectu inuentio thesauri in arando est fortuna accipiendo fortunam pro causa. Dicimus etiam, quod inuentio thesauri est fortuna respectu huius, quod est velle seminare bladum, & sic accipitur fortuna pro effectu fortuito. Est autem fortuna, quæ est causa in his, quæ aguntur a proposito. Vnde secundum phylo. 2. phy. Fortuna est causa secundum accidens in his, quæ in minori secundum propositum eorum, quæ propter hoc sunt. Vnde ibidem dicit, quod circa idem est intellectus, & fortuna. Et quod dicitur causa per accidens, non est intelligendo eo modo quo dicimus albedinem esse causam per accidens ædificationis cum dicimus album ædificare, quare ipsa albedo nihil facit ad ædificationem: sed accidit ædificatori. Et ideo dicimus, quod ædificator ædificat per se, album ædificat per accidens, causa autem, quæ est

Primus Articulus.

T. c. 52. Fortuna quid.

est fortuna attingit ad productionem effectus fortuiti: sed ideo dicitur causa eius per accidens quia ex intentione nõ ordinatur ad illũ effectum: & quia effectus ad illã causam de necessitate nõ sequitur: quia si de necessitate sequeretur illa causa, ad quã de necessitate sequeretur nõ esset fortuna respectu illius. Vnde Auic. 1. lib. phy. c. 14. dicit sic. Aliquũ accident res non voluntariæ, nec fiunt casu, sicut impressio vestigij in terra, cum egreditur quis ad capiendũ debitorem suum, quare licet hoc nõ fiat ex voluntate tñ necessariũ est voluto. Quod etiã dicitur, quod fortuna est causa eorũ, quæ in minori est, intelligendum est non absolute, sed per cõparationem ad ipsam causam, quare si aliquid accidit raro, absolute, tñ semper, vel frequenter per cõparationem ad aliquã causam, illa causa non potest dici fortuna respectu illius effectus. Vnde Auic. 1. lib. phy. c. 14. dicit sic. Esse rarissime nõ ponit rem sub casu cum cõfertur esse absolute: sed cum cõfertur esse efficiẽti se, & cõuenit eam esse ex illa rarissime. Quod autẽ dicitur secundũ propositum, hoc ideo ponitur ad separandum fortunam a casu, scdm quod casus dicitur aliquid distinctum cõtra fortunã, sic. n. casus tãtummodo est in agẽtibz nõ secundũ propositũ, vt si tripes cecidit, ita, vt esset aptus ad sedẽdum, hoc ita dicitur esse a casu, & nõ a fortuna, bene tñ accipitur casus quicquid, scdm quod est genus, vel quid cõe ad fortunam, & ad casum dicentem aliquid distinctum circa fortunam. Sic ergo visum est, quid est fortuna, ex quo potest patere faciliter, quid est bona fortuna, & quid est mala: quia si supradicta causa, quam dixi esse fortunã, sit respectu mali effectus, tunc est mala fortuna. Si autem sit respectu boni effectus tunc est bona fortuna, scdm quod potest trahi ex dictis phy. 2. phy. Et sic patet quid est bona fortuna. Et hæc de primo articulo dicta sufficiant.

Bona & mala fortuna, quid. Multa habes a Sco. q. 21. 4. circa hanc materiam, vbi supra, & inde. Secundus Articulus.

Secundo declarandũ est, quod vna causa est aliquã fortuna respectu vnus effectus, quæ nõ est fortuna respectu alterius: quia aliquã vna causa ordinatur a proposito ad aliquẽ effectum, quæ frequenter sequitur ad eam, respectu cuius effectus, non est fortuna, vt ex dictis in præcedenti articulo potest declarari. Et illa eadem causa bene attingit productionem alicuius effectus, ad quem nõ ordinatur a proposito, nec ille effectus sequitur ad eam frequenter: sed raro, & ita vt ex prædictis patet respectu illius est fortuna, & sic patet, quod vna causa aliquando est fortuna respectu vnus effectus, quæ nõ est fortuna respectu alterius effectus. Huic concordat sententia Auic. 1. lib. phy. c. 14. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

Tertius Articulus.

Tertio declarandum est, quod vnus effectus aliquando est fortuitus respectu vnus causæ, & nõ respectu alterius. Et huius veritas satis patere potest ex prædictis, quia quicquid cõtinuit, quod idem effectus habet aliquam causam, quæ

a proposito ordinatur ad ipsum, ad quem frequenter sequitur, vel semper, & ita respectu illius causæ non est fortuitus, & aliquã idem effectus habet causam aliam, quæ a proposito nõ ordinatur in ipsum, & ad quã raro sequitur. Et ita respectu illius causæ est fortuitus. Et possunt hæc declarari per exempla talia. Iste vult emere bladum, & ideo vadit ad forum, & inuenit debitorem, & repetit ab eo debitum, & reportat pecuniam, quam recipit a debitore. reportatio pecuniæ per cõparationem ad hoc, quod est velle emere bladum effectus fortuitus est: quia velle emere bladum, non ordinatur ad illum effectum a proposito, vel intentione ipsius, & ille effectus non sequitur ad illam causam, nisi raro: sed ipsa reportatio pecuniæ per cõparationem ad repetitionem debiti a tali debitore potest solui non est effectus fortuitus: quia repetitio debiti a tali debitore ex intentione ordinatur ad reportationem pecuniæ, & ipsa reportatio pecuniæ frequenter sequitur ad talem debiti repetitionem, & sic patet, quod ipsa reportatio pecuniæ est effectus fortuitus respectu vnus causæ, & non respectu alterius. Huic cõcordat Auic. suo lib. 1. phy. c. 14. vbi dicit sic. Vna eadẽ res aliquã ex vno respectu est sepe, vel necessario, & alio respectu est raro. Et hæc de tertio articulo dicta sufficiant.

Quartus Articulus. Et ad quæstionem responsus.

Quarto declarandum est, quod homo nõ potest esse bene fortunatus vniuersaliter per naturã, quæ patet sic. Homo. n. bene fortunatus naturaliter, dupliciter potest intelligi. Homo. n. bene fortunatus dicitur ille, cuius opera, quæ facit a proposito, sunt causa proueniendi illi homini aliquod bonum præter intentionem, quod bonum ad illa opera non est natum sequi, nisi raro. Potest ergo dici vno modo bene fortunatus homo vniuersaliter, quãdo ex quolibet opere, quod facit a proposito prouenit sibi aliquod bonum præter intentionem, quod nõ est natum sequi ad illud opus, nisi raro, & nunquã prouenit sibi aliquod malum. Et sic habet se per totum tempus vitæ suæ. Alio modo potest dici homo bene fortunatus vniuersaliter, qui ex aliquo opere, quod facit a proposito nõ recipit aliquod malum præter intentionem per totum tempus vitæ suæ, quamuis ex quolibet tali opere non prouenit sibi aliquod bonum, non intentum, non natum sequi ad illud opus, nisi raro: sed ex aliquo opere, quod facit a proposito prouenit sibi aliquod tale bonum, ex alio autem nõ prouenit. Ex nullo tamen prouenit malum, sed quocunq; istorum modorũ dicatur homo bene fortunatus vniuersaliter, non est possibile fieri per naturam, quod patet sic. Tripliciter. n. ad præsens possumus accipere naturam creatam. s. pro natura extra hominem, sicut de naturali influenza cœli, & elementorum. Alio modo pro natura in ipso homine. Et hoc dicitur vno modo, secundum quod

Natura vniuersaliter potest.

quod natura aliqua communis est homini, & bruto, de qua natura dicitur in institutionibus. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Alio modo dicitur natura in homine ipsa ratio, ut naturaliter mota, hoc est ipsa ratio, quantum ad naturale suum iudicium, & sic accipiendo naturam dicitur in institutionibus de iure naturali sic, quod vero naturalis ratio inter homines constituit idem, apud omnes populos per eque custoditur, vocaturque ius gentium, & hoc est ius naturale. Si autem reducamus ad memoriam distinctionem suppositam de bene fortunato vniuersaliter, & hanc distinctionem de natura possumus videre nullum hominem bene fortunatum vniuersaliter per naturam: quia naturale rationis iudicium per se, neque natura influentia coeli, vel elementorum per se, neque natura communis homini, & bruto, neque omnes simul possunt determinare hominem ad hoc, quod quodlibet opus emanans ab homine a proposito tale sit, quod nunquam ad aliquod illorum operum sequatur aliquod malum non intentum, quod non est natum sequi, nisi raro, quare si aliquod opus debeat esse tale, maxime hoc esset opus ordinatissime factum, secundum rectum rationis iudicium: sed videmus, quantumcumque opus sit secundum rectum rationis iudicium contingit quandoque ex aliqua causa concurrente provenire homini aliquod temporale malum: ergo ille solus apud quem nihil accidit neque a casu, neque a fortuna, potest, sic facta hominis dispositione, ut nunquam per opus bonum, quod facit proveniat sibi aliquod malum. Unde si aliquis homo esset bene fortunatus vniuersaliter non debemus dicere, quod hoc esset per naturam: sed per diuinam providentiam, quamuis illi homini effectus essent fortuiti per comparationem ad aliquam causam creatam, nullo modo tamen esset per comparationem ad diuinam providentiam, quae omnia circumspicit, omnia faciens secundum rectam rationem disponit. Supradictae sententiae concordat Auicenna suo libro physicorum primo capitulo 14. ubi dicit sic. Aliquando vna causa casualis habebit fines casuales indefinitos, ut non possint se custodire homines a casu, sicut custodiunt se a causis essentialibus. Sed orent Deum, ut liberet eos ab his malis. Ad probandum etiam, quod supradictum est, facit, quod Auicenna dicit supra in praedicto. g. ubi dicit sic. Res autem casuales adveniunt ex cursu duarum rerum aut plurium. Ex hoc patet: quia si natura, quae est in me posset prohibere, ne bonum opus, nisi vni proveniret aliquod malum temporale, non intentum per aliquid quod esset in me, non tamen posset prohibere quin quandoque proveniret per exteriorem causam concurrentem. Et haec de quarto articulo dicta sint.

Quintus  
Articulus.

Quinto declarandum est, quod bona fortuna

na est aliquando homini naturalis aliquo modo, & aliquo modo non. Et hoc patet si reducamus ad memoriam, quid est bona fortuna, secundum quod dictum est superius, certum est enim, quod nostrum naturale iudicium, vel naturalis inclinatio sensualitatis possunt nos inclinare, non cogere ad faciendum aliquod opus secundum propositum, ex quo nobis provenit aliquod bonum non intentum, quod non est natum provenire ex illo opere, nisi raro, & ita illud opus, quod fecimus a proposito respectu illius boni non intenti, quod non est est natum sequi ad ipsum, nisi raro, est causa quae est fortuna, & est naturale nobis aliquo modo, in quantum illud fecimus inclinati, non coacti per motum naturalem sensualitatis per naturalem iudicium naturalis rationis. Et sic bona fortuna nobis est naturalis dispositiva, non tamen dispositione, quae ex necessitate ponat eam. Et aliquo modo non est nobis naturalis: quia non est nobis de necessitate natura. Ex praedictis patet, quid debeat dici ad quaestionem.

Argumenta etiam praedicta faciliter solvi possunt.

Secundum argumentum enim probatur, quod effectus fortuitus non sequitur naturaliter ad causam, quae est fortuna respectu illius effectus. Et hoc bene concedimus: quia tunc sicut sequeretur ad illam causam, ut in pluribus, sed ex hoc non sequitur, quin illa causa, quae est fortuna illius effectus, possit esse nobis naturalis, in quantum est in nobis, vel a nobis per naturam dispositivam, sicut forte per nostram sensualitatem naturaliter motam, vel per nostram rationem, quantum ad eius naturalem iudicium.

Argumentum autem ad primum, quod fuit ad partem aliam, sic potest solvi dicendo, quod bona fortuna est sine ratione natura, non propter hoc, quod illa causa, quae dicitur fortuna sit aliqua naturalis inclinatio naturae, sed quia quandoque emanat tale, quid a nobis, vel est in nobis ex naturali iudicio rationis dispositivae, vel ex naturali motu sensualitatis, quae etiam habet inclinare ad aliquid agendum, vel per aliquam naturalem influentiam coeli, quae mediante corporali transmutatione potest nos ad diversa opera inclinare non cogere, sic ergo potest dici, quod fortuna dicitur natura, quandoque ex aliqua influentia naturali dispositivae. Posset tamen dici, quod philosophus ibi loquebatur, de bona fortuna appellando bonam fortunam in nobis, quoddam imperum ad aliquid faciendum, non provenientem ex dictamine rationis nostrae: sed quendam diuinum instinctum ad quem impetum mediante opere, ad quod habemus istum impetum provenit nobis aliquod bonum non intentum: quia ergo ille impetus

tus est in nobis non ex dictamine rationis nostrae: sed sine disquisitione secundum quem modum videtur operari natura, ideo dicit, quod est natura sine ratione: cum tamen velit, quia tunc movetur homo ab altiori principio, quam sit ratio, & quaecumque natura creata, quia ab ipso Deo: quia propter vult Phil. quod ibi quandoque nocet consiliari: eo, quod illa motio est ab altiori principio, quam sit ratio nostra consilians. Et haec de praedicta quaestione sine praedicio, & sine pertinaci assertione dicta sint.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO VIII.

Utrum herba vel harmonia possint impedire daemone in vexando homines.

Arg. 1.

RESPONDETUR, quod non: quia tunc essent fortiores, quam demones: quod falsum est: cum de daemone dicatur Iob. pen. quod non est potestas, quae huic valeat comparari.

In oppositum.

CONTRA, primo lib. Reg. c. 16. habetur quod Saul qui vexabatur a daemone alleuiabatur quando David pulsabat citharam coram eo, & quod recedebat a Saule spiritus malus.

CONCLUSIO.

Possunt sed in vexatum a daemone, non autem in ipsum daemone agendo.

Responso.

AD ISTAM quaestionem respondeo, quod non loquamur de naturali virtute herbarum, vel harmoniarum, dico, quod raro possunt totaliter excludere vexationem: quia diabolus posset hominem vexare si permetteretur ei a Deo, vel ab Angelis bonis: possunt tamen vexationem illam mitigare, & ita parua posset esse vexatio, quod illam posset penitus extirpare non tamen agendo in ipsum daemone: sed in vexatum a daemone. Quia autem hoc non potest agendo in daemone satis planum est, quia spiritus separatus est. Spiritus autem separatus non potest naturaliter pati a corpore: demone autem spiritus separatus est. Quia autem posset instigationem mitigare in vexatum a daemone: illud patet, quia omnis causa limitata virtutis potest producere effectum intensiorem in materia disposita, quam in non disposita, cui consonat verbum Philosophi dicentis secundo de anima, quod actus actiuorum sunt in patiente, & bene disposito. Daemone autem est agens limitata virtutis: ergo intensiorem vexationem potest facere in homine disposito ad illam vexationem: siue ad illud ad quod diabolus vexando intendit inducere, quam in homine contrariae dispositionis utpote si aliquis homo est dispositus ad passionem melancholicam: illum hominem potest diabolus vexare intensius passione melancholica, quam illum hominem qui haberet contrariam dispositionem. Certum est autem, quod herba, & harmonia multum possunt dispo-

T. c. 24.

tionem corporis immutare, & ex consequenti sensualitatis motus: de herbis hoc manifestum est valde cum quaedam habent carnem inclinare ad delectationes carnales: quaedam inclinant homines ad tristitiam. Et sic de alijs. De harmonijs etiam planum est per Phil. 8. Politicorum: ubi vult, quod diuersae harmoniae habent prouocare diuersas passiones in homine: hoc etiam refert Boetius in musica sua. Re fert etiam auctor de ortu scientiarum ubi loquitur de vtilitate musicae, & dicit, quod valet ad curandum infirmitates aliquas vel alleviandum: hoc etiam docet experientia. Unde narratur de quodam qui cum esset incitatus quasi ad furorem concupiscentiae ad auditum cuiusdam harmoniae, quam quaedam mulier cum quodam instrumento faciebat: ad temperamentum iterum reductus est per harmoniam contrariam. Et ita patet, quod herbae, vel harmoniae quandoque possunt in homine causare aliquam dispositionem contrariam illi vexationi, quae daemone conatur hominem vexare. Ex quo sequitur, quod ceteris paribus debilius efficitur vexatio. Non video ergo quomodo herbae, vel harmoniae sua naturali virtute possunt in homine causare aliquam dispositionem per quam homo nullo modo possit vexari a daemone si permetteretur ei, quia tantummodo mouendo vapores motu locali, & ipsos spiritus inordinato motu posset hominem multum vexare. Herbae autem, vel harmoniae nullam dispositionem possunt causare in homine naturali virtute per quam naturaliter prohibetur daemone mouere vapores, & spiritus inordinato motu si sibi permetteret a Deo, & ab Angelis sanctis: conuenit tamen quibus, quod daemone non permittitur vexare hominem: nisi vexatione ita debili, quae per aliquam fortem dispositionem ad contrarium tolleretur totaliter, & tunc herbae aliqua vel harmonia aliqua possunt corpus hominis: ita ad contrarium disponere, quod illa vexatio totaliter amoueretur: verbi gratia: posset quandoque vexare hominem passione tristitia: ita debilitate, quod per aliquas herbas vel harmonias, quae haberent causare cordis dilatationem, & spirituum diffusionem qui sunt motus contrarij tristitiae totaliter amoueretur illa tristitia.

Quia autem Aug. 2. lib. de doct. Christiana condemnat ligaturas, & quaedam alia, quae ibi diffusius scribit haec attribuens arti magicae: hoc est quantum ad illud in quo non possunt ex sua naturali virtute, quod patet, quia ipse dicit. sic ad hoc genus pertinent omnes ligaturae atque remedia, quae medicorum quoque disciplina condempnat. In quo satis patet, quod illa condempnat quantum ad usum respectu cuius non habent aliquam efficaciam ex sua naturali virtute. Et sic patet, quod sine praedicio dici debeat ad quaestionem. Ex praedictis patet quid debeat dici ad utrumque argumentum.

Rich. Med. Quolib.

G

Pri-

Ad optimū Primum argumentum probat, qd herba, vel harmonia sua naturali virtute non possunt agere in daemone, & hoc verum est: sicut dictū est superius.

ALIUD autem argumentum non procedit ad concludendum quot illud quod fiebat circa Saul cum David pulsabat citharam, fieret ex naturali virtute illius harmonia: bene verum est, qd per actum citharæ virtute naturali illius harmonia aliquantulum alleviatur afflictio Saul, inquam illa harmonia aliter dulcificabat appetitum illius per auditum: per quam dulcificationem reddebatur minus aptus ad illam vexationem. Et forte de hoc posset exponi quædam glosa marginalis, quæ dicit: refocillabatur Saul, ante enim vexabatur a demonio vsque ad suffocationem. Refert enim Boetius Philosophum quædam per actum citharæ demonem ab obsesso corpore repulisse, quæ dicta si referatur ad naturalem virtutem illius harmonia: exponenda sunt non de corporali expulsionem: sed de aliquali alleviatione vexari. Vnde qd spiritus malus recebat a Saule cum David citharizabat coram eo: hoc erat propter vim crucis, quod satis expressè dicitur in marginali glosa: vbi dicitur sic. Sic erat David canticis musica eruditus: diuersorum sonorum rationabilis moderatusque concentus ecclesie unitatem significabat quæ varijs modis quotidie resonat: David in cithara sua malignum spiritum compescuit: non qd tanta vis erat in cithara: sed in signo crucis quæ de ligno, & cordarum extensione generabatur, quæ iam tunc daemones effugabat. Et hæc sine præiudicio de prædicta quaestione dicta sufficiant.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO IX.

Vtrum species vini transubstantiati in sanguinem Christi possint corrumpi per additionem vini.

Arg. 1. T V I D E T V R, quod non: quia simile non destruit suum simile. In oppositum. C O N T R A, quia aliter si illæ species poneretur in dolio vini totum dolium debet adorari.

CONCLUSIO.

Quia simile suum non despuit simile sed conseruat ideo species illa per additionem vini corrumpi non possunt secundum illud quod sunt, sed sub ratione qua sunt sacramentum.

Responsio. A D I S T A M quaestionem. Respondeo, qd illæ species per additionem vini non possunt corrumpi secundum illud, quod sunt: possunt tamen corrumpi sub ratione qua sunt sacra-

menta, quod autem non possint corrumpi per additionem vini secundum illud, quod sunt: illud satis patet per illud, quod in arguendo dicebatur. Simile enim suum simile non destruit: sed magis conseruat: nisi in aliquo casu & per accidens: illæ autem species similes cum alijs speciebus vini, quamuis non quantum ad actum existendi: quia aliæ species vini sunt in substantia vini: sicut in subiecto: illæ autem species, quæ sunt sacramentum: sunt sine subiecto, quamuis aptæ natæ sint esse in subiecto: scilicet in substantia vini. Quia patet igitur per additionem vini destrui possint sub ratione qua sunt sacramenta. Et vt non faciamus vim in verbis intelligendo, qd per additionem vini possunt, illæ species desinere esse sacramentum: qd si ponantur in dolio vno vini, fiet iterum sub illis speciebus substantia vini: quo facto non erit sanguis Iesu Christi sub illis speciebus, & sic illæ species desinent esse sacramentum sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Sed per quem modum reuertetur substantia vini sub illis speciebus. De hoc est duplex opinio: vna quæ dicit, qd hoc fieret per creationem, quia dicunt ipsi, qd ex quo species illæ per aliquam confectionem cum alijs speciebus vini iam non sunt natæ accipi, & distinctæ recognosci secundum, quod sacramenti reuerentia exigit ex hoc propter nimiam abundantiam aliarum specierum, vtpote cum illæ species in valde parua quantitate ponuntur in dolio vini, & tunc Deus causat substantiam vini sub illis speciebus. Alia est opinio, qd substantia vini sub illis speciebus produceretur per actionem naturalem ipsius vini, quod intendunt declarare per hunc modum. Dicunt enim qd quicquid est de essentia rei compositæ ex materia, & forma dicit actualitatem quandam, & principium parum possibile, quod est transmutabile in aliquam actualitatem: non est de essentia rei: in qua est. Vnde principium pure possibile in materia aeris, quod est transmutabile in formam ignis: non est de essentia ipsius aeris: sed magis est aliquid per quod materia aeris est transmutabilis ad formam ignis per naturam: quicquid ergo est de essentia rei siue simplicis: siue compositæ actualitatem quædam dicit: sed natura dicit infimum gradum actualitatis: qua communicans omnia generabilia, & corruptibilia: quamuis autem illa actualitas, quæ importatur per materiam non possit naturaliter destrui, quia re nulli virtuti naturali repugnant: eo, quod omnia naturalia in illa communicant, & ita, quia natura non potest aliquid redigere in nihil, si autem materia destrueretur redigeretur in nihil: non potest etiam produci per naturam, quia productum non potest iterum produci per naturam, quia productum non potest iterum produci nisi interueniente destructione, & iterum, quia natura non potest aliquid de nihilo producere, & non est

concreatum ipsis rebus aliquid principium pure possibile transmutabile in actualitatem materiam: dicunt tamen, qd præsupposito duplici miraculo natura non produceret actualitatem materiam, quæ duo mirabilia dicunt esse in sacramento altaris, & multa alia. Vnum est miraculum certum. scilicet diuina virtute substantia panis transubstantiatur in corpore Christi, & substantia vini in sanguinem, & hoc certissimum est. Aliud dicit ibi esse miraculum, qd Deus conuertit illis accidentibus supernaturaliter quædam possibilitatem transmutabilem non tantummodo in actualitatem formæ vini: sed etiã in actualitatem materiam vini, quia ergo in illis accidentibus est possibilitas quædam ad totam substantiam vini: quamuis sit ibi per modum supernaturalis: tamen virtus naturalis ipsius vini illam possibilitatem transmutare potest in actualitatem substantiæ vini, & sic natura potest producere sub illis speciebus substantiam vini præsupposito tamen supernaturali actione ipsius Dei, sicut dictum est quamuis enim cæco restitueretur visus supernaturaliter: tamen isto restitutio naturaliter videret. Similiter quæuis accidentia in sacramento altaris sunt sine subiecto per virtutem supernaturalem: tamē sic existentia sua habent actionem naturalem: sed quæuis illa possibilitas ad totam substantiam vini connectitur illis speciebus, vel vt melius dicta inseratur, vel claudatur in illis speciebus per virtutem supernaturalem: tamen ex quo creata est transmutabilis est per naturam in ipsius vini, substantiam. Et sic dicunt isti: hoc forte volebat dicere antiqui, quando dicebant, qd in illis speciebus remanebat virtus substantiæ, vt intelligeretur: non tantum de virtute ad agendum: sed etiam de virtute passiuam accipiendo ipsam virtutem passiuam per supradicta possibilitate, quæ transmutabilis est in substantiam: de qua possibilitate supradictum est, qd non est de essentia illius in quo est, & sicut declaratum est alibi scilicet in vna quaestione mearum illa non est nihil: nec sibi debetur propria actualitas: vnde nec sibi competit esse nisi per actualitatem alienam. Vnde & si tale aliquid posset esse in aliqua re existente actu: tamen fieri non posset per se. Ex prædictis potest videri, qd sine præiudicio, & pertinaci assertionem dici possit ad quaestionem: patet etiam ex prædictis quid debeat dici ad vtrumque argumentum.

Primum enim argumentum bene probat qd illæ species per additionem vini non possunt corrumpi secundum illud quod sunt, & hoc verum est.

Argumentum autem ad aliam partem facilius potest solui, quia sicut ex prædictis patet non propter hoc totum dolium esset adorandum, quia sicut supradictum est, & declaratum si ille pauca species ponerentur in dolio vini illæ species desinere esse sacramentum: tamen quia in illo dolio essent positæ species sub quibus fuit sanguis Iesu Christi: deberent

de bono, & congruo vinum illius dolij magis honeste & reuerenter tractari, quam si illæ species ibi positæ non fuissent.

Et hæc de prædicta quaestione vel opinione sic volo esse dicta, vt si quid sit ibi quod non sit de communi opinione magistrorum: non accipiat vt assertiue dictum: sed ad excitandum intellectum ad inuestigationem.

CONSEQUENTER veniamus ad quaestiones, quæ respiciunt vim animalis, quæ sunt quatuor: quarum vna hæc est.

QVAESTIO X.

Vtrum imaginatiua possit transmutare corpus in quo est.

RESPOND. T V I D E T V R, qd non: quia aliter homo posset generare quando vellet masculum, & quando vellet feminam: quod falsum est.

CONTRARIUM potest probari per illud quod habetur in libro Ge. 30. c. de ouibus. CONCLUSIO.

Imaginatio corpus in quo est, ex vna dispositione ad aliam potest quandoque transmutare, superiora enim habent inferiora transmutare.

A D I S T A M quaestionem respondeo, qd virtus imaginatiua potest facere aliquas transmutationes in corpore in quo est: accipiendo ipsam imaginatiuam non inquantum distinguitur contra cogitatiuam, & estimatiuam, & alias virtutes sensitivas in corpore. sed accipiendo imaginatiuam pro ipsis virtutibus sensitiuis interioribus. Quia autem sic accipiendo imaginatiuam possit facere multas transmutationes in corpore in quo est declaro. Primo per auctoritates & experimenta. Secundo per rationes. Dicit enim Auicenna lib. 8. de animalibus c. ult. sic. De mirabilibus animalium est, qd gallina quando vincit gallum in pugna: erit quasi esset gallus, & aliquando nascitur ei cornu in crure quasi gallo: etiam in hoc percipi potest obediencia naturæ vel materiam cogitationibus animæ propter suam cogitationem, post pugnam nascebatur ei cornu in crure.

Dicit etiam Auicenna sexto naturalium libro quarto capitulo ultimo sic. Nos autem dicimus ad summam, qd ex anima solet contingere in materia corporali permutatio complexionis, quæ acquiritur sine actione, & passione corporali: ita vt calor accidat ex non calido, & frigiditas ex non frigido. Cum enim imaginatur anima aliquam imaginatiuam, & corroboratur in ea, statim natura corporalis recipit formam habentem comparationem ad illam aut qualitatem. Dicit etiam Auicenna infra in eodem sic. Attende dispositionem infirmi cum credit se conalescere: aut sanari cum credit se cogitare: multoties ei conuenit ex hoc vt cum corroboratur forma in anima eius patiat ex ea ipsius materia, & proueniat ex Rich. Med. Quolib. G 2 hoc



hoc sanitas: aut infirmitas, & est hæc actio efficiacior, quam illud quo agit medicus instrumentis, & medicinis suis, & propter hoc potest ambulare homo supra trabem, quæ in media via existit: sed si posita fuerit super aquam profundam: non audebit ambulare super eam eo, quod imaginatur in eius anima forma cadendi vehementer impressa: cui dedit materia eius, & virtus membrorum eius, & non obediunt eius contrario: scilicet ad dirigendum, & ad ambulandum. Quia autem Auicenna eodem capitulo dicat de virtute imaginationis quod potest transmutare corpora extranea non est tenendum. In hoc enim nimis extendebat imaginationis virtutem, quod etiam imaginatio possit facere transmutationem in corpore: in quo est: patet per auctoritatem Beati Augustini dicentis undecimo libro de trinitate sic. Voluntas autem tantam vim habet copulandi hæc duo ut sensum formandum admoveat in quo cernitur, in ea formatum teneat. Et si causa violenta est, ut possit vocari amor, aut cupiditas, aut libido, & ceterum corpus animantis vehementer afficit. Et ubi non resistit pigrior duriorque materies in similem speciem coloremque, quia commutat: licet videre corpusculum cameleontis ad colores quos videt facilissima conversione variari: aliorum autem animalium quare non est secundum conversionem facilis corpulentia: foetus plerumque producit libidines matrum cum quid magna delectatione conspexerint. Quam enim teneriora: atque ut ita dixerim formabiliora sint primordia seminum: tam efficaciter, & capaciter sequuntur intentionem maternæ animæ, & quæ in ea facta est: phantasiam per corpus quod cupide aspexit. Dicit etiam Augustinus infra eodem libro. Sic memini me audivisse a quodam quod tam expressam, & quasi solidam speciem feminei corporis cernere solet, ut ei se quasi misceri sentiens etiam genitalibus fluere, tantam vim habet anima in corpus suum, & tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam atque mutandam.

Probat etiam propositum per excellentiorem auctoritatem, & hoc est per auctoritatem sacræ scripturæ quæ habetur Gen 30. & allegata est in opponendo, quam auctoritatem ad memoriam reducit August. 11. c. 2. de trinitate ad probandum virtutem imaginationis in corpore in quo est dicens sic. Sunt exempla, quæ copiose commemorari possunt: sed unum sufficit de fidelissimis libris, quod fecit Iacob, ut oves & capræ varios coloribus parerentur superponendo eis varia virgulta in canalibus aquarum, quæ potantes intuerentur eo tempore quo conceperant.

Sunt etiam ad hoc alia experientia. Referatur enim de quadam nobili domina, quæ peperit filium simillimum nano turpissimo quem habebat in domo sua: cunque imponeretur si-

bi quod conceperet de nano illo quantumvis esset sine culpa, quia bona domina erat: liberata est ab illa infamia per quendam clericum qui deprehendit imaginem suam depictam in camera illius dominæ: quam imaginem domina aspiciebat frequenter dum dominus suus erat cum ea, & forti imaginatione illam picturam imaginabatur propter hoc, quod ita monstruosa erat, & ita contemptum est, quod quia domina erat fortis imaginationis fuerunt transformata primordia femininum adhuc tenella in similem figuram. Virtutem etiam imaginatiuam possunt in corpore proprio homines experiri in seipsis multiplex experientia.

Hoc etiam declaro per rationes. Videmus enim superiora influere in inferiora in maiori mundo sicut cælum in elementa, & superiora elementa in inferiora. Unde Greg. dicit, quod terra aere fecundatur: aer vero ex cæli qualitate disponitur: Angeli influunt in corpora celestia virtutem per quam moventur: Deus autem in angelos influunt, & in omnem creaturam: ergo a simili in minori mundo: hoc est in homine. qui secundum Phi. 8. Phy. dicitur minor mundus: superiora habent transmutare inferiora, ut intellectus imaginationem: imaginatio virtutes naturales: ipse ipsum corpus, quæ vis non sit penitus per eundem modum in maiori mundo, & in minori mundo.

Præterea virtus sensitiva est infra intellectivam, & super naturales virtutes. Sed probato, quod virtus intellectiva potest transmutare vim animalem: hoc est vires sensitivas: ergo & vitalis vim naturalem: ergo imaginatio, quæ est vis animalis mediante naturali virtute poterit quandoque transmutare corpus in quo est de una dispositione ad aliam.

Quia autem intellectus possit transmutare vim animalem: probato sic. Convenit quandoque quod intellectus ratiocinando concludit imminere aliquid malum magnum, vel aliquod magnum bonum: ex hac comprehensione quæ fit impressio in vi animali. Unde surgit passio timoris, vel spei, & sic patet, quod vis intellectualis transmutare habet vim animalem. Quod patet etiam ex hoc quod cum intellectus fortiter dicat multum esse penitendo de aliquo, & voluntas multum de hoc penitet ex hoc causatur aliquis dolor sensibilis in appetitu sensitivo: patet ergo quod vis intellectualis in nobis habet transmutare vim animalem.

Præterea videmus quot ad imperium voluntatis homo qui ante quiescebat incipit moveri: hoc autem non esset: nisi vis motiva, quæ est situata in musculis, & nervis fieret per imperium voluntatis alterius dispositionis, quam ante, & sic videtur, quod per virtutes superiores potest transmutari corpus in nobis mediante transmutatione mediarum virtutum, & inferiorum. Et sic patet quid dicendum est ad quæstionem.

*Ad argum.* Ad illud quod arguebatur in oppositum, quod homo quando vellet posset generare masculum, & dico, quod non sequitur, quare voluntas, & si possit imprimere in imaginationem aliquando: non tamen sicut vellet, & quando vellet, imaginatio etiam si possit transmutare corpus in quo est: non tamen transmutationem qualicumque: potest etiam esse imaginatio ita debilis, & corpus ita infirmum indispotionibus suis, quod illa imaginatio parum posset illud corpus transmutare, & etiam si poneremus, quod imaginatio esset multum fortis, & roborata: non propter hoc sequitur, quod posset hoc ita fortiter imprimere informativam, quod informativa semper talem imaginationem formaret masculum, quia possent alia causa obistere, ut forte, quia virtus in semine patris fuit debilis, & forte aliqua alia accidentia, quæ habent virtutem informativam debilitare, & semine reddere ineptum ad formationem masculi. Dico tamē, quod imaginatio posset esse ita fortis, & roborata, quod multum mutaret ad formationem masculi: nisi essent impedimenta multum fortia ad contrarium. Et hæc de prædicta quæstione dicta sufficiant.

CONSEQUENTER sequitur.

### QVÆSTIO XI.

*Vtrum aliquis somniando possit prævidere futura.*

*Arg. I.* **VIDETUR**, quod sic per experientiam. Frequenter enim homo præsomniat illud, quod postea accidit.

*In oppositum.* **CONTRA**, quia plus potest anima in vigilando, quam in dormiendo: sed vigilando non potest naturaliter prævidere futura: ergo nec in dormiendo.

### CONCLUSIO.

*Istarum quidem curandum est de somnijs quædam tamen futura in ipsis per naturalem causam, vel etiam voluntariam, sed absque certitudine prævidentur.*

*Responsio De articulo latio quæstionis.* **RESPONDEO**, Ad videndum clarius veritatem huius quæstionis. Primo distinguendum est de futuris.

Secundo declarandum est, quod quorundam futurorum potest esse prævisio in somnis per causam determinatam naturalem.

Tertio declarandum, quod non est hoc possibile respectu quorundam futurorum.

*Primus articulus Futura diversas habent radios.* Quantum ad primum articulum sciendum quod quædam sunt futura, quæ habent causam naturalem extra hominem: quædam habent causam voluntariam in homine, quædam habent causam voluntariam extra hominem somniantem, & quædam eveniunt a casu. Illa quæ habent causam naturalem in homine somniantem sunt illa, quæ postea proveniunt ex aliquibus

causis, quæ sunt in homine: verbi gratia: sicut febris ex superabundantia cholerae nimis intensæ. Illa quæ habent causam naturalem extra hominem sunt illa, quæ proveniunt ex aliqua determinata influenza corporum celestium, utpote sicut vehemens aeris siccitas, vel nimia habundantiam imbrum, & multa alia. Illa autem, quæ habent causam voluntariam in homine: sunt illa, quæ dependent ex opere ipsius hominis: verbi gratia: sicut forte domus futura, quam ipse facere disposuit. Illa futura, quæ habent causam voluntariam in alijs hominibus ab isto somniantem: sunt illa, quæ alij homines facere disposuerunt, ut verbi gratia, quia forte aliqui homines disposuerunt facere turrim ad debellandum. Illa autem futura, quæ eveniunt a casu: sunt illa, quæ sunt a causa casuali: quæ omnia reducuntur in aliquam causam certam, & determinatam: secundum, quod voluit aliqui: alij autem hoc negant.

Huic distinctioni futurorum concordat, & correspondet quædam distinctio somniorum quam ponit Auicenna sexto naturalium li. 4. c. 2. ubi dicit sic: loquens de somnijs.

Quædam sunt naturalia: quædam vero voluntaria. Naturalia vero sunt, quæ veniunt ex temperantia virtutum humorum cum spiritu generante virtutem formalem, & imaginatiuam.

Primum non præsentat rem: nec occupat nisi per hæc, & aliquando etiam repræsentat illud quod est in corpore, & quod est illi, vel isti accidens: sicut cum virtus expulsiva spermatis movetur ad expellendum: virtus vero imaginatiua repræsentat tunc formam, quam anima solet diligere, & commisceri cum ea: habenti vero famem repræsentat fercula, & cum fuerit necesse expellere superfluitatem repræsentat locum ipsius, & cui acciderit, quod membra eius calefiant: aut infrigidentur calore: aut frigiditate: repræsentat ei, quod illud membrum mittitur in ignem, aut in aquam frigidam: mirum est autem, quod sicut accidit ex moto naturæ ad expellendum sperma imaginatio aliqua: sic aliquando accidit imaginatio alicuius formæ desideratæ propter aliquam causam, & movetur natura ad coniungendum sperma, & præcipue spiritum qui solet extendere instrumentum coeundi, & alij quando emittit sperma, & aliquando committit hoc in somnis, & aliquando in vigilia quamvis non fuerit curiosus de hoc. Voluntaria autem sunt cum cogitatio animæ conuersa fuerit in vigilia ad conferendum aliquid & gubernandum illud. Cum vero dormit imaginatiua repræsentat ei illud, quod est de genere illius rei, & hæc sunt reliquæ cogitationis diurnæ. Sed hæc omnia sunt illusiones in somnis. Aliquando vero sunt, vel fiunt ex operationibus celestium corporum, quæ aliquando operantur, formam in imaginatione, etcæt. Ecce habes somnia, Rich. Med. Quolib. G 3 quæ

quæ habent causam naturalem in somniantem, & quæ habent causam naturalem extra somniantem, & quæ habent causam voluntariam in somniantem, sub quibus possunt etiam comprehendendi illa somnia, quæ habent causam voluntariam extra somniantem, & illa, quæ sunt a casu, & hæc de primo articulo dicta sint.

Secundus  
articulus

Secundo declarandum est, quod quorundam futurorum potest esse præuisio in somnijs per causam naturalem determinatam. Illa enim futura quæ habent in homine causam naturalem: præuisentur in somnijs aliquando per aliquam causam naturalem, & determinatam, eo, quod natura repræsentat animam in somnijs aliquas dispositiones, quæ sunt in corpore ex quibus postea contrahitur infirmitas vel aliquid aliud: unde quandoque contingit, quod in homine abundat materia frigida ex qua sequitur paralesis, & propter causam huius infirmitatis, quæ est in corpore repræsentatur quandoque animam in somnis imago infirmitatis futuræ. Ecce ergo, quod per causam determinatam ex qua postea proueniet infirmitas causatur somnum infirmitatis futuræ: unde, & per somnia iuuantur quandoque grossi medici ad deueniendum in cognitionem dispositionis ipsius corporis. Vnde dicit Philosophus de somno, & vigilia. sic enim dicunt quidam medicorum grossi quoniam oportet multum intendere somnijs. Et narratur a quibusdam quid cum quidam pateretur graues dolores, & hoc ex vicio splenis, & non possent medici estimare causam quæ fieret ab eo scilicet somniatores quid somniasset. Ille respondit quot frequenter somniabat quot faciebat sibi minui in manu de vena quæ est inter paruum digitum, & digitum sibi propinquum, & tunc medici videntes quot illa vena est vena splenis, & quot diminutio de illa vena adiuuat ad purgationem splenis: fecerunt illum minui de illa vena: quia clare perpederunt quot ex vicio splenis laborabat: & illa minutio multum adiuuat ad curationem illius. Et audiui quosdam dicere quot talia somnia procedunt ex naturali sollicitudine naturæ de regimine corporis sui. Et sic patet, quod illa futura, quæ habent causam naturalem in homine præuisentur in somnis quæque per causam naturalem determinatam, quia illa eadem causa ex qua postea accidit infirmitas in homine est causa præsomniandi illa futura accidentia: unde illa somnia non sunt causa illorum accidentium futurorum in homine. Sed illa signa et futura, quæ habent causam naturalem extra somniantem quandoque præuisentur in somnijs per causam naturalem, utpote in fluctu cæli, quæ creatura est: illa impressionem quandam facit in corpore hominis ex qua impressione repræsentatur anime imaginatio in somnijs illius effectus futuri: eo quod illa impressio ex illa causa prouenit in homine: ex qua postea proueniet extra hominem illud futurum

Leff. 11.

quia enim effectus sunt virtualiter in causis: ideo effectus procedens ex vna naturali causa in vno aliquo modo gerit similitudinem illius effectus qui postea accidet, ex eadem naturali causa et in alio: hinc est, quod impressio facta in corpore ex dispositione influentia cæli, & elementorum ex quibus postea proueniet pluuia: similitudinem gerit pluuia future, & sic per illam potest repræsentari in somnis ipsi animæ imago futura pluuia, & erit illud signum future pluuia: non causa. Quæuis autem ista somnia, & alia de quibus statim ante loquutus sum: sunt signa prædictorum, & futurorum: non tamē oportet propter hoc quod illa signata semper eueniant, quia ex aliqua causa alia superueniente poterunt impediri: sicut videmus in humanis, quod cum homines aliquid facere disposuerunt: retrahunt consiliū suū propter aliquam causam superuenientem. Vnde contingit quandoque, quod propter nimiam habundantiam ardentis cholera in corpore somniat homo se esse in febre, & tamen postea non sequitur febris propter aliquam causam naturalem superuenientem, quæ illam cholera temperabit: vel quare apponitur remedium per beneficium medicinae. Sic propter dispositionem cæli, & elementorum, quæ quantum est ex parte sua haberent cito causare pluiam: fit impressio in homine quandoque per quam somniat pluiam: nec tamen propter hoc ex illa dispositione accidet pluuia hoc impediens aliqua alia causa superueniente. His dictis concordat Philosophus in li. de somno & vigilia parū ante finem: ubi dicit sic. Quoniam enim non eueniunt multa somniorum nihil vniuersum inueniens. neque enim eorum qui in corporibus sunt signorum, & celestium velut aquarum, & ventorum. si enim alius vehementior accidet: esse motus a quo futuri factū est signum, non fit, & multa consilia vera, quæ fieri expediebat dissoluta sunt propter alias digniores inchoationes. Nec videatur tibi absurdum, quod dictum est propter influentiam celestem, & elementorum impressionem fieri in corpore quandoque repræsentantem animam in somnis effectum qui per illam influentiam proueniat: nisi impediatur ab aliqua superueniente causa: cum hanc impressionem videamus fieri in brutis a quibus per quam naturali instinctu apprehendunt futuram pluiam, vel ventum: unde & formice per talē impressionem portant granū in cauernā antequam pluat, & sic declaratum est, quod quorundam futurorum potest esse præuisio in somnis: non tamen certa est per causam determinatam naturalem, & hoc de 2. articulo dicta sint.

Tertio declarandum est, quod hoc non est possibile respectu quorundam futurorum. Respectu enim futurorum, quæ habent causam voluntariam extra somniantem, & in remotis partibus non potest esse præuisio in somnis per aliquam causam naturalem, & determinatam. Sed si aliquis homo præsomniat aliquid quod postea in remotis partibus accidet per voluntariam causam: hoc est a casu: quia per secundum Philo-

Tertius  
articulus

ubi supra. Philosophum de somno, & vigilia. Sicut somnia de quibus locutus sum in articulo secundo dicuntur signa: ita ista somnia dicuntur accidentia, vel casus, & hoc intelligo: nisi illa futura reuelentur dormienti per aliquam causam voluntariam sicut per diuinam reuelationem immediatam, vel mediante ministro angelico: quorum Angelorum reuelationem animam dormientium quandoque magis nata sunt recipere, quam in vigilando propter sedationem motuum exteriorum, & maxime circa auroram quando completa est digestio, & sedantur motus fumositatum; quia enim Angelus limitata virtutis est: efficacius potest reuelare aliquid futurum animam dispositam: unde & somnia de quibus dictum est in articulo secundo in tali hora veriora sunt. Vnde Auicenna sexto naturalium libro quarto capitulo secundo dicit sic. Non sunt vera somnia plerumque nisi quæ videntur in mane. omnes enim cogitationes hac hora quiescunt, & motus sunt finiti: tamen quacumque hora siue mane siue ante mediam, noctem siue quacumque hora alia Angelus bonus reuelat aliquid dormienti: semper verum est, quod reuelat. Sic futura, quæ habent voluntariam causam, in somniantem non præuisentur in somnijs per aliquam causam naturalem determinatam: sed quandoque a casu, ut cum homo aliquid voluntarie facturum est de quo nunquam cogitauit: nec nunquam habuit voluntatem faciendi: nec aliquam inclinationem ad hoc: si somniat tale quid facere: casu est nisi hoc habeat per reuelationem.

Quandoque autem præuisentur per aliquam causam determinatam non naturalem: sed ex voluntate causata, ut cum homo in vigilia multum fuit sollicitus de aliquo opere faciundo, & vehementer facere desiderauit, & cum magna inuestigatione inquisiuit modum per quem illud posset complere, & non potens inuenire modum: in tali sollicitudine, & desiderio obdormiuit: ex istis causatur quandoque in animam dispositio per quam somniat se facere illud opus, & quandoque contingit, quod quia in vigilia non erat facta præparatio ad inueniendum modum faciendi, quod in somno propter sedationem motuum exteriorum, & interiorum circa auroram repræsentatur animam ille modus quem in vigilia inuenire non potuit, unde accidet, quod euigilans ponit se ad faciendum opus quod alias non fecisset: eo, quod in vigilando modum faciendi inuenire non poterat, & tale somnum bene est causa effectus futuri per modum iam dictum. Huic concordat Philosophus libro de somno, & vigilia ubi dicit sic: quædam quidem quæ in somnijs fantasmatas causas esse propriorum cuiuslibet accidentium non est irrationabile: debent enim agere, & in actibus existentes: aut olim agentes: sæpe recta his somnijs intuemur

& agimus. Causa autem quoniam præparatus existit motus a diurnis inchoationibus, & sic rursus necessarium, & qui in somno sunt motus frequenter principium esse diurnorum actuum, eo quot præparata sunt rursus, & horum intelligentia in fantasmatibus nocturnis: conuenit etiam quot talia somnia nullo modo sunt causa effectus futuri: sed tantummodo sunt effectus motuum qui in vigilia præcesserunt mediante quadam impressione, quam reliquerunt in nobis, & sic patet, quod quædam somnia aliquando sunt causæ, & sic patet verum Philosophum dixisse libro de somno, & vigilia: capitulo de diuinatione, quæ fit in somnis: ubi dicit sic. sunt ergo somniorum hæc quidem causæ, & accidentia, & signa. Declaratum est enim ex prædictis, quæ sunt somnia, quæ sunt signa, quæ sunt somnia, quæ sunt accidentia siue casus, & quæ sunt somnia, quæ sunt causæ, quæ propter sicut dicit Philosophus: libro de somno, & vigilia: capitulo de diuinatione, quæ fit in somnis, quod hoc neque contemneret idoneum: neque omnino suadere: quare sicut dicit Auicenna sexto naturalium libro quarto capitulo secundo: Non sunt omnia somnia vera, nec sunt huius, quod multum sit curandum de eis. His concordat etiam sacra scriptura, quod quandoque prohibet attendere somnis, & quandoque approbat attendere visionibus, quæ sunt in somnis.

Ad cuius intelligentiam plenior notandum, quod dicit auctor de spiritu, & anima. capitulo 17. ubi dicit sic. omnium, quæ sibi videntur videre dormientes. Quinque sunt genera: videlicet oraculum: visio, somnium, infomnium, fantasma. Oraculum est cum in somnis apparet aliqua grauis persona sanctaque: siue sanctus: siue Deus euenturum aliquid aperte, vel non venturum faciendum, vel deuitandum denunciat. Visio est cum idem quis, videt, cum eodem numero quo apparuerat eueniet. Somnium est figuris tecum, & sine interpretatione intelligi non potest. Infomnium est quando id, quod vigiliantem fatigauerat ingerit se dormienti: sicut est crapula, vel potus, vel alia studia, vel artes, vel infirmitates: secundum namque studia, quæ quisque exercuit somnia contingunt, & solitarium artium simulacra in præsentia mentis impræssa apparent in somnis. Iuxta autem infirmitates diuersa accidunt somnia, & secundum morum, & humorum varietates variantur, & somnia. Alia enim vident sanguinea: alia cholericum: alia melancholicum: alia flegmaticum: illi vident rubea, & varia: illi nigra, & alba. Fantasma est quando dormire vix cepit, & vigilare se existimat: aspici videtur irruentes se, vel passim vagantes formas discrepantes, & varias letas, vel turbulentes: in hoc genere est ephialtes, quod publica persuasio, quiescentes opi-

Oraculum  
quid

Visio  
Somnium  
Infomnium

nantur suadere, & pondere se oppressos ac sentientes grauari, quod non est aliud: nisi quaedam fumositas a stomacho, vel a corde ad cerebrum ascendens, & ibi vim animalem comprimens.

Epilogat. Ex prædictis patet, q̄ quaedam futura præuidentur in somnis quandoque per causam naturalem determinatam: quandoque per causam voluntariam. Sed sic non præuidentur sub certitudine, vt supra dictum est: quandoque a casu, & q̄ somniorum quaedam sunt causæ quaedam accidentia siue casus, & quædã signa, & q̄ non omnia somnia vera sunt: nec de omnibus somnijs est curandum.

Ad illud quod arguitur in oppositum probando, q̄ futura nõ possunt præuideri in somnis: dico q̄ quauis anima sit potenter in vigilando, quam in dormiendo: non tamen hoc semper verum est quantum ad præuisionẽ futurorum per aliquam causam determinatam naturalem: propter hoc, q̄ in somnis quietantur motus exteriores, & magis adhuc de nocte, quã de die: eo, q̄ sicut dicit Philosophus silentes sunt noctes, & quia etiam circa auroram sedantur interiores motus fumositatum propter hoc, q̄ completa est digestio, & discretus sanguis purus ab impuro, & ideo tunc magis possunt recipere imagines, & hoc est, quod dicit Philosophus secundo de somno, & vigilia capitulo de diuinatione, quæ fit in somnis vbi dicit sic: qui in die sunt motus: nisi valde magni fuerint, & valde fortes latent propter maiores qui in vigilando sunt motus: in dormiendo autem contrarium est, & enim parui, magni videtur esse: manifestum autem ex his, quæ accidunt frequenter in somnis: arbitrantur enim fulgura cadere: aut tonitrua fieri paruis sonis in auribus factis, & melle, & dulcibus saporibus perfruit, tenui phlegmate defluente, & ambulare per ignem, & calefieri vehementer: paruo colore circa quaedam partes facti: hæc ille quandoque etiam anima in somnis propter causas suprãdictas magis est apta recipere reuelationem an Angelis: vnde Auicenna sexto naturalium libro quarto, capitulo secundo dicit de animabus nostris sic: Cum autem ociantur ab his actionibus merentur, quod est illis: hoc est in angelis, quia sicut ipse dicit in Angelis resurgent multa, quæ nos etiam latent: modum tamen secundum, quod vult Auicenna animam dormientis videre, quæ resurgent in angelis, non approbo, quia hoc intelligebat posse fieri naturaliter, & hoc est falsum, & quæ de prædicta quæstione dicta sunt sine præiudicio, & pertinaci assertionem dicta sint.

CONSEQUENTER sequitur.

Q V A E S T I O XII.

Utrum fascinatio sit possibilis.

ET VIDETUR, quod sic. Dicitur enim sapientie quarto, fascinatio nugacitatis obscurat bona est ergo possibilis.

CONTRA, Philosophus septimo Physicorum dicit, quod mouens, & motum simul sunt: sed oculus illius qui æstimatur, fascinare non est simul cum re, quæ fascinari dicitur: ergo in veritate non fascinat, quamuis ita dicatur.

CONCLUSIO.

Est utique possibilis, etiam per naturam, (non tamen secundum unumquemque modum) fascinatio etenim homo in oculis patiens, oculos quandoque eius qui eum aspicit lædit.

AD melius videndum, vel intelligendum veritatem huius quæstionis. Primo videndum quot modis dicitur fascinatio. Secundo referenda est quædam opinio Auicennæ tanquam reprobanda de fascinatione. Et tertio declarandum est, secundum quem modum fascinatio sit possibilis.

AD intelligentiam primi articuli sciendum est, quod fascinatio vno modo accipitur pro ludificatione, quæ fit per artem magicam, & sic possibilis est fieri per ministerium dæmonum nisi prohibeantur a Deo immediate tantum, vel mediante ministerio sanctorum, & de hac fascinatione potest exponi, quod habetur in glosa super illud ad Galatas tertio. O insensati galathæ, vbi dicitur, per simile huic quasi ante oculos esse non videatis: sicut magicis ludificantibus aliter quædam oculis hominum ostenduntur, quam sint, & dicuntur illæ fascinationes. Alio modo dicitur fascinatio inuidia: vnde glosa super locum prædictum dicit sic. Similiter inuidia tanquam fascinus vrit: inuidus enim non tantummodo sibi nocet cum alia felicitate tabescet: sed etiam his in quibus aliqua bona esse incipiunt. Tertio modo dicitur fascinatio immutatio ad malum facta in corpore alicuius aspicientis, & hoc modo accipitur, fascinatio in glosa, prædicta vbi dicitur sic. Dicitur etiam fascinus siue fascinari vulgo qui nocet infantibus: dicitur autem hij quorundam oculi visu videntes, & hic eorum actus fascinatio dicitur, & potest fieri, vt huic peccato inferuiant dæmones, & sic patet, quod tribus modis fascinatio dicitur, & hæc de primo articulo dicta sint.

Secundo referenda est quædam opinio Auicennæ: tanquam reprobanda de fascinatione. dicit enim sexto naturalium libro, quarto capitulo ultimo: non multum ante finem

De latione quæstionis. Hæc materia 2 di 8. larius habetur. Primus articulus. Fascinatio quid. Et q̄ modis capiatur.

finem sic. Multotiens autem anima operatur in corpore alieno, sicut in proprio, quemadmodum est opus oculi fascinantis, & æstimationis operantis in me, cum anima fuerit cõstans nobilissimis principijs obediet ei materia, quæ est in mundo, & patietur ex ea, & inuenietur in materia, quicquid formaliter in illa, quod fit propter hoc in proprium, q̄ anima humana (sicut postea ostendemus) est nõ impressa in materia sua, sed est prouidens ei, & quando quid propter hunc modum colligationis, potest ipsa permutare materiam corporalem ab eo, q̄ expetebat natura eius, tunc non est mirum, si anima nobilis, & fortissima transcendat operationem suam in corpore proprio, ita vt non fuerit diuersa in affectu illius corporis vehemeter, & propter hoc fuerit natura prævalentis cõstantis in habitu suo sanet priuati naturas, & permutari sibi elementa, ita vt quod non est ignis, fiat ei ignis, & q̄ non est terra fiat ei terra, & pro voluntate eius contingant pluuia, & siccitas, sicut contingit absorbitio a terra, & mortalitas, & hoc totum proueniat, secundum necessitatem intelligibilem, & paucis interpositis sequitur. Materia, & enim omnino est obediens animæ, & multo amplius obedit animæ, quam contrarijs agentibus in se, & hoc etiam est vbi de proprietatibus virtutum prophetarum. Huius etiam erroris fuit Algazel, sicut patet suo libro phys. lib. 5. cap. 9. vbi dicit sic: aliquando impressio alicuius animæ transit ad aliquod corpus sic, vt destruat ipsum æstimatione, & inficiat hominem æstimatione, & hæc dicitur fascinatio, & propter hoc est proverbium illud, q̄ oculus mittit hominem in fossam, & camelum in calderiam, & dicitur, q̄ homines fascinari verum est, huius autem rei sensus hic est, q̄ quia multum placet ei camelus, & immutatur de eo, & eius anima est maligna, & inuidiosa æstimat casum cameli ab eius æstimatione, & statim cadit.

Algazelis opinio.

Auic. & Algazelis error.

Sed Auicenna, & Algazel in illis opinionibus valde turpiter errauerunt. Plura enim in illis opinionibus sunt contra fidei veritatem.

CONTRA enim veritatem fidei est, q̄ dicit animam non esse formam substantialem corporis humani, sed tantummodo corporis administrantem, contra fidem etiam est, q̄ vult per naturalem virtutem ipsius animæ posse miracula fieri.

CONTRA fidem est etiam, q̄ vult aliquando hominem per naturalem virtutem gratiæ suæ posse se aliena corpora pro sua voluntate transmutare. Est etiam multum contra rationem, q̄ Angeli qui sunt naturaliter potentiores, quã anima, & si possint corpora transmutare, secundum locum, non tamen possunt corpora transmutare, secundum aliquam naturalem formam, mediante operæ naturæ alterius a natu-

ra Angelorum. Vnde Augustinus 3. de Trinitate dicit, sic loquens de angelis, nõ solum malos, sed nec etiam bonos fas est putare creatores, sed pro sublimitate sui sensus, & corporis scientia rerum istarum nobis occultiora nouerunt, & eas per contrarias temperationes elementorum latent, spargunt, atque ita, & gignendorum rerum, & accelerandorum incrementorum præbent occasiones.

CONTRA illam opinionem Auicennæ videtur facere excommunicatio cuiusdam articuli, q̄ est talis, q̄ intelligentiæ superiores imprimunt inferiores, sicut anima vna intellectiua imprimunt in aliam, & in animam sensitiuam, & per talem impressionem incantator aliquis proiecit camelum in foueam solo visu, hic articulus excommunicatus est.

AD hoc etiam facit excommunicatio alterius articuli, qui talis est, q̄ materia exterior obedit substantiæ spirituali, & dicitur ibi, q̄ est error, si intelligatur simpliciter, & secundum omnem modum transmutationis, & hæc de secundo articulo dicta sint.

Tertio declarandum est, secundum quẽ modum fascinatio sit possibilis, & quando non. Ad cuius intelligentiam sciendum, q̄ fascinatio accipitur pro ludificatione sensuum, quæ fit per dæmones, sicut possibile est, & sicut declaratum est in vna quæstionum mearum, in qua quæritur vtrum dæmones possint ludificare sensus nostros, similiter si accipiatur fascinatio pro inuidia, sic planum est, q̄ possibile est, sicut docet mera experientia, secundum autem, q̄ accipiatur fascinatio pro immutatione ad malum facta in corpore alicuius per oculos aspicientis, sic dico, quod secundum aliquem modum non est possibilis naturaliter, & secundum aliquem modum est possibilis: non enim est possibile homini, quod per virtutem naturalem animæ suæ talem virtutem emittat per oculos, quæ virtus non mediante transmutatione corporis proprii, nec transmutatione mediij possit inferre nocumentum corpori hominis, quod aspicit, maxime, cum secundum opinionem communiorem videamus intus suscipientes, non extra mittentes virtutem visuam. Similiter dico, quod homo per naturalem virtutem animæ suæ, non potest per suam voluntatem, talem transmutationem imaginando in suis oculis facere, quia mediante ipsius animæ transmutatione, possit corpus huius hominis, quem aspicit in aliquam malam transmutare qualitatem, secundum quod sibi placuerit. Nulli enim homini per naturalem virtutem animæ suæ, posset ista virtus inesse: vnde secundum istos modos narratos, homo non posset alium fascinare, & secundum illos duos modos debet intelligi excommunicatio articuli de fascinatione. Secundum tamen aliquem modum fascinatio possibilis est: potest enim aliquando contingere, q̄ hõ, vel mulier aspi-

Tertius articulus.



aspiciens corpus alicuius pueri moueatur mediante visu, & imaginatione aliqua passione sensibili, & quia passio sensibilis est cum quadam corporali transmutatione, & oculi sunt tenerrimae substantiae: ideo valde receptibilis impressionis: ideo contingit, quandoque per aliquam passionem interiorem transmutantur oculi in aliquam malam qualitatem, maxime cooperante ad hoc aliqua imaginatione forti, cuius impressio cito redundat ad oculos, & propter eorum teneritudinem, & propter vicinitatem radicis sensuum particularium ad organum imaginationis. Cum autem oculi transmutati sunt in aliquam qualitatem nociuam: contingere potest, quod transmutent aerem sibi contiguum in aliquam malam qualitatem, & illa pars aliam, & sic ad aerem contiguum oculis pueri, qui aspicitur & ille aer contiguus poterit, quandoque transmutare oculos ipsius pueri in aliquam malam qualitatem, & mediantibus oculis ipsius pueri aliquas alias partes interiores:

Ad ostendendum manuducendo fascinationem esse possibilem per hunc modum possumus adduci experientia. Videmus enim hominem patientem in oculis, quandoque, & aspectu suo laedere oculos illius, qui ipsum aspicit, quod contingit ex hoc, quod oculi mala qualitate infecti aerem medij inficiunt, & aer infectus oculos directos ad oculos infixos inficit, eo quod secundum rectam lineam, & directius, illa infectio deriuatur ad oculos aspicientium, quam non aspicientium, multum ad hoc cooperante imaginatione illius, qui aspiciens oculos infirmos imaginatur se laedi, & ego expertus sum in meipso, me quandoque non potuisse tenere aciem visus, nisi cum difficultate directe contra oculos illius, qui infirmitatem patientem in oculos patiebatur.

Ad hoc est etiam alia experientia, quae habetur per philosophum, primo libro de somno, & vigilia: ubi dicit sic. Medium quoniam quemadmodum visus patitur sic, & facit aliquid. In speculum enim valde puris cum mensuris superuenientibus, mulieres inspiciant in speculo, sit superficies speculi, velut nubes sanguinea, & si quidem sit nouum speculum, non facile est abstrahere huiusmodi maculam: si vero sit speculum vetus, facile est: causa vero, sicut diximus, quoniam non solum patitur visus aliquid a visibili, sed etiam facit aliquid, & mouet aera quemadmodum & splendida: nam visus est splendorum habentium colorem.

Ad hoc est etiam experientia alia in passione, quae oculos quandoque videtur transmutare: quasi in similitudinem igneae qualitatatis: vnde Grego. 1. lib. Moralium, super illud Job. Virum stultum interficit iracundia. Loquens de iracundia dicit sic. Irae suae stimulis accessum cor palpitat, corpus tremit, lingua se pe-

pendit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti. Ista autem experientia docent esse possibile illud, quod dictum est. Potest etiam quandoque contingere, quod mulier aspiciens virum, & e conuerso ex aspectu, mediante imagine: moueatur aliqua interiori passione, per quam transmutentur oculi respicientis in aliquam qualitatem prouocatiuam, vel inclinatiuam alium inspicientem ad amoris teneritudinem, per lasciuiam, & conuenit quandoque quod aliqui viri, & aliquae mulieres, habeant hanc qualitatem in oculis manentem, alij autem habeant eam duram passionem, faciente ad hoc etiam passione transeunte, quod videtur persuadere experientia: quandoque enim videbis mulieres turpes, & oculos turpes habentes, & tamen quandoque aspicientes magis ad suum amorem alliciunt ex aspectu suo, quam longe pulchriores mulieres, & quaedam habent nociuam efficaciam transeuntem, hoc est cum passione transeunte, quod videtur persuadere experientia, vnde viris periculosum est tales mulieres respicere. De quo potest exponi, quod scribitur Ecclesiastici 9. Ne respicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius, secundum ergo istum modum accipiendo fascinationem, sic fascinatio per naturam possibilis, sicut docet experientia. Sed quod diceret quod mulier pro sua voluntate posset oculos suos vertere in illam qualitatem erraret manifeste, qui etiam diceret, quod quaecumque qualitas in oculis mulieris, posset voluntatem aspicientis ipsum cogere, erraret graviter, & turpiter. Ex praedictis manifestum est quando fascinatio est possibilis, & quando non.

Argumentum, quod probabat fascinationem nullo modo esse possibilem faciliter potest solui. Cum enim dicis, quod oculis illius, qui aestimatur fascinare non est simul, cum re, quae fascinari dicitur, &c. Dico, quod verum est, sed hoc non obstante est fascinatio possibilis, secundum aliquem modum, quia oculis infectus aliqua mala qualitate aerem inficit, & aer infectus contiguus corpori alterius, maxime si est corpus tenellum, ut est corpus pueri, & maxime partem tenerrimam, cuiusmodi sunt oculi inficit: & in his quaedam in corpore questionis in solutione huius articuli concordat quaedam Glo. super illud Psal. 118. Qui timent te, videbunt me, & letabuntur, ubi dicitur sic: magna virtus in oculis est, quod in naturalibus apparet, alias enim visum prodest ihericis prior videns lupo vocem aufert, basiliscus si prior videt occidit: si prior videtur occiditur, & huius ratio reddi potest, scilicet quare videndo occidit hominem: quia ex aspectu, & imaginatione excitatur in eo passio mala, quae habet excitare in corpore suo materiam venenosam, per quam oculi eius inficiuntur venenosa qualitate, qua inficitur aer contiguus oculis eius

In oppositum.

eius, & ab illa parte pars alia aeris, & sic vsq; ad aerem homini contiguum quem aerem cum homo per inspirationem attraxerit per ipsum intoxicatur & moritur, & haec de praedicta questione sine praedicio, & temeraria assertione dicta sunt.

Q V A E S T I O XIII.

CONSEQUENTER sequitur.

Utrum infortunium accidens alicui, possit amico remoto, & nihil scienti de hocingere dolore.

Arg. 1.

**V** I D E T U R, quod sic: quia quod omnes famant non omnino videtur falsum. Vnde philosophus septimo Ethico. c. 17. dicit quod fama non omnino proditur, quam populi multi famant, sed multi hoc famant, quod quandoque contingit dolere hominem amico suo in partibus remotis infortunium patiente, quamuis non sciat: ergo, &c.

In oppositum.

**C** O N T R A, quia dolor non est, nisi post aliquam cognitionem siue intellectualem, siue sensibilem.

C O N C L V S I O

Imo potest, semper tamen erit vel a casu, vel per alicuius substantiae spiritalis operationem.

**A** D I S T A M questionem, Respondeo, quod hominem tritari, & angustiari mente, amico suo in partibus remotis infortunium patiente, quandoque conuenit a casu, quia scilicet illa hora, qua amicus suus infortunium patitur mouetur in melancholia per cuius motum cadit in tristitiam, & dolorem, propter multas cogitationes, & suspiciones nociuas, quae per motum melancholicum excitantur, & ex consequenti aggrauatur mente, & redditur poderosus: quamuis infortunium amici nihil penitus cooperetur ad hoc. Quandoque autem conuenit hoc non a casu, sed ex causa determinata, non naturali, sed voluntaria. Diabolus enim quia contra naturam homines inducere ad opiniones superstitiosas, quaeque cum Deo permittit, hominem affligit poderositate, & tristitia, & quadam cordis arctatione, illa hora, dum amicus suus in partibus remotis infortunium patitur, ut postea cum cognouerit amicum suum illa hora infortunium fuisse passum, aestimet hoc sibi naturaliter accidisse per amici infortunium. Conuenit etiam hoc quandoque ex aliqua suspitione probabili, ut pote cum scit esse amicum in taberna cum inimicis suis, suspicatur ipsius inuasionem ab inimicis, probabiliter coniecturando, ex hoc generatur in ipso timor & angustia, quandoque in illa eadem hora in qua amicus suus comprimitur ab inimicis, sed hic dolor est, post aliquam cognitionem. Volunt autem quidam dicere, quod hoc potest contingere interdum post aestimationem, quamuis

ad hoc nihil per aliquem sensum particularem apprehenderit, tanta enim virtus est aestimationis, quod quandoque illud quod non cecidit sub aliquo particulari sensu apprehendat per apprehensionem rei cadentis sub particulari sensu, & si illa habent connexionem inseparabilem, & naturalem, tunc apprehensione rei cadentis sub particulari apprehensione apprehendit aestimatiua, aliud quod non cecidit sub aliquo particulari sensu, vnde ouis videns lupum, scilicet aestimat ipsum inimicum, quamuis inimicitias eius nullo sensu particulari apprehenderit, vnde Auic. sexto Naturalium, par. 4. c. 1. dicit sic, aliquando iudicamus de sensibilibus per intentiones, quas non sentimus: ideo quod in natura sua non sunt sensibiles, nullo modo, aut quia sunt sensibiles, sed nos sentimus in hora medij, sed quae non sunt sensibiles, in natura sua, sicut inimicitiae, & malitiae, & quae a se diffugiunt, quas apprehendit ouis de forma lupi, & aliquibus interpositis sequitur, istae sunt res, quas apprehendit anima sensibilibus, ita quod sensus non doceat eum aliquid de eis: ergo virtus, qua haec apprehenduntur, est virtus alia quae vocatur aestimatiua, aut sunt sensibiles eis, exempli gratia, cum videmus aliquid cereuleum iudicamus esse mel, & dulce: hoc enim non reddit nobis sensus in ipsa hora, cum ipsum sit de genere sensoris: si aliquid quod cadit sub particulari sensu aliquam habeat naturalem habitudinem ad aliquid quod non cecidit sub particulari sensu, non tamen necessarium, tunc vis aestimatiua, quandoque apprehendendo illud quod cadit sub particulari sensu, apprehendit etiam illud quod non cecidit sub sensu particulari, non tamen aestimatione fixa, sed aestimatione quadam cum alterius partis formidine, cui concordat, quod dicit Auic. in cap. praedictato, ubi dicit sic. Estimatio autem operatur in homine iudicia propria, ex quibus est illud cum anima pertinaciter negat esse res, quas non imaginantur, neque describuntur in ea, & omnino non vult credere eas esse, volens dicere, ut videtur verbis istis: per istam virtutem accidit, quod cum dicitur homini res aliqua talis est, quamuis per aliquem sensum particularem non posset certificari, vtrum ita sit, vel non sit, tamen per aestimationem aestimat, non ita esse, sicut illi dicunt: non tamen sub certitudine, & postea aestimatur sua aestimatio fuisse vera, & dictum eorum fuisse falsum. Dicunt ergo ad propositum sic, quod aliquando ex aliqua caelesti influentia naturali, patitur amicus, alicuius in terra remotum infirmantis infortunium, ita quod ille homo propter suam complexionem ita se habet ad illam influentiam, quod est illi homini naturaliter: contraria, & nata causare in ipso infirmitatem, nisi homo ille sibi magis caueat in illo tempore magis, quam in alio. Modo dicunt, quod interdum potest contingere, quod hoc quod amicus eius est

Plura alia ab auic. vi de ad hoc ubi supra.

Paucis in teropostis perim. dist. Eius.

applicat.

Pondera ac signa sunt hoc ad mensu Arist.

est existens in parte remota istam influentiam apprehendit per sensum particularem, & etiam dispositionem exteriorem corporis illius apprehendit per sensum particularem, q per virtutem aestimatiuam aestimat: non tamen sub certitudine amici sui, cui illa influenza, naturaliter est contraria, infirmitatem, quamuis nunquam perali quem sensum particularem apprehenderit de illa morte, vel infirmitate sui amici, & ex illa aestimatione, quamuis sit cum formidine alterius partis, causatur in eo dolor, & tristitia mentis, sed hoc dolor est post aliquam cognitionem, quamuis de infirmitate, vel morte sui amici, nihil per aliquem sensum particularem apprehenderit, sed hoc ca non habet locum, nisi loquendo de infortunio, qd amico dolentis accidit per naturalem influentiam. Vtru autem per viam istam praenarratam, possit generari in amico suo dolor, amico suo in remotis infortunium infirmitatis patiente per aliquam naturalem influentiam coeli non affirmo: quia vtrum verum sit ignoro.

Respon. ad visum qd

Ad argum.

Dico ergo ad quaestionem, qd illud infortunium nunquam generabit dolorem in amico, nisi post aliquam cognitionem, qualiscunque sit illa cognitio, & qualicunque sit modo habita.

Quod arguis in oppositum per famam, dico, qd bene fama est, qd quandoque aliquis affligitur dolore, vel tristitia, dum amicus suus in remotis infortunium aliquod patitur. Sed si non est aliqua cognitio, dico qd est a casu: quia casu accidit, qd amico suo infortunium patiente ista tristetur, vel hoc est per alicuius substantiae spiritualis operationem, & haec de praedicta quaestione sine prauidicio, & pertinaci assertione dicta sint.

CONSEQUENTER veniamus ad quaestiones respicientes partem rationalem, quae fuerunt duae: quarum haec est vna.

Q V A E S T I O XIII.

Vtrum virginitas corrupta ad mente possit reintegrari per poenitentiam.

Argum.

VIDETUR, qd sic: quia charitas quae maior est, potest recuperari per poenitentiam.

Contra.

CONTRA, quod factum est non potest non fuisse factum.

C O N C L V S I O.

Impossibile quidem est etiam diuina potentia non fuisse corruptam: potest tamen per poenitentiam, Deo principaliter operante reintegrari.

Hoc materia habetur latius in 4. di 33 ar 4. Et resolute a Seo. in 4. di. 1. q. 6.

AD ISTAM quaestionem, Respondeo, qd corruptio mentis, non potest non fuisse facta, nec per poenitentiam, nec per quamcunque aliam potentiam, nec similiter corruptio carnis: quia Deus non potest facere, qd praeteritum non fuerit, vnde Philosophus, 6. Ethic. cap. 3. dicit sic, solo enim ipso Deus priuatur ingeni-

ta facere, quae utique facta sunt. hoc dixit Philosophus, referendo & approbando sententiam Agatonis. Tamen sicut per diuinam potentiam, caro quae fuit corrupta, potest fieri integra, sicut ante: ita dico, qd anima in qua fuit corrupta virginitas mente: potest per poenitentiam gratia gratum faciente, formatam Deo principaliter operante, fieri integra, sicut ante. Quod autem aliqui dicunt, qd corruptio carnis remoueri non potest, intelligendum est, qd non sic remouetur per poenitentiam sicut corruptio mentis, nullus tamen negare debet, quin caro corrupta reintegrari possit, per miraculum diuina potentia, hoc supernaturaliter operante. Et si aliqui dicant, qd Deus non potest restituere amissam virginitatem, nomine virginitatis intelligenda est talis integritas, quam nulla corruptio praecesserit.

Ex his patet, quomodo responderi debeat ad argumenta, qd enim primo dicitur, qd charitas potest recuperari per poenitentiam, ita bene concedo, qd integritas mentis bene potest recuperari per poenitentiam. Et qd dicitur in contrarium, qd factum est, non potest non fuisse factum, &c. Dico qd verum est. Hoc concludit, si accipiatur integritas mentis pro integritate, quam nulla corruptio praecessit, quia sic virginitas sola mente per poenitentiam non potest recuperari. Et haec de praedicta quaestione dicta sint.

C O N S E Q V E N T E R sequitur.

Q V A E S T I O XV.

Vtrum character dicat aliquid absolutum in anima.

VIDETUR, quod non: quia videmus eius aliquam actionem egredientem ab anima per ipsum.

CONTRA, Damasc. li. 4. cap. 1. vocat ipsum sigillum: sigillum autem dicit aliquam rem absolutam.

C O N C L V S I O.

Character dicit aliquid in anima absolutum, idque in quarta specie qualitatis existens. est enim specialis quaedam ipsius animae configuratio.

AD ISTAM quaestionem dicunt, qd character est relatio tantum, qua ordinatur anima ad hoc, vt sit Dei templum, sicut consecratio Ecclesiae non est aliud, quam quaedam ordinatio, ad hoc, vt sit templum Dei. Cum arguitur contra eos, qd ad aliquid non est motus: dicunt, qd instantiam habet in actibus voluntatis. Dicunt enim, qd sicut per mutuum consensum expressum per verba de praesenti, causatur immediate vinculum matrimoniale inter virum, & mulierem, non mediante productione alicuius absoluti. Similiter voluntas mittendo aliquid Deo causat in anima, quamdam obligationem ad Deum, non mediante productione alicuius absoluti. Vinculum autem matri

Ad argum.

Ad aliud contrarium

Arg. um. Hoc qd habetur in 4. di 5. ar. 2. Et limitatur a Seo. in 4. di. 6. q. 10.

Respon. Opi. quod character sit ens respectiuum, quam vbi supra, Seo sustentat 3. Phi. r. c. 10. Et inde.

Opi. odit, qd sit ens absolutum.

Alie. de A. des. Et S. Bo. na. c. de quaestione.

Alior. opi. qd sit passibilis qualitas opin. qd sit naturalis potentia.

matrimoniale est quaedam relatio inter coniuges, quae manet etiam si postea dissentiant. Similiter obligatio animae. Deinde est quaedam relatio, quae manet etiam si postea homo de illa promissione peniteat.

Quia tamen contra opinionem est communis Doctorum opinio, contra eam videtur esse auctoritas Damasce. praallegata in opponendo, & etiam auctoritas Dionysij, qui. 2. c. de ecclesiastica Hierarchia pro caractere ponit signaculum, quod secundum translationem abbatis vocat characterem, ideo illam opinionem non teneo: sed dico, qd character dicit aliquid absolutum in anima. Est enim quaedam qualitas in anima supernaturaliter creata a Deo, sed tunc videndum est in qua specie qualitatis sit. Quod enim quidam dicunt ipsum esse in prima specie qualitatis, tanquam habitum, vel dispositionem non satis videtur intelligibile: quia dispositio, secundum philosophum in praedicamentis est de facili mobilis. Character autem indelebilis est: habitus autem inclinatur ad actum determinatum, & ita per actum contrarium corrumpi potest: character virtute creata corrumpi non potest: non videtur ergo habitus, vel dispositio. Quod etiam alij dicunt, qd est possibilis qualitas, eo qd passionem infert; intellectum, hoc modo multum valet: quia omne intelligibile passio nem inferre posset intellectui, nec tamen omne intelligibile est in specie tertia qualitatis, sicut passibilis qualitas. Quod etiam aliqui dicunt, qd est quaedam spiritualis, & supernaturalis potentia data ad communicandos actus spirituales, sicut potentia data corporalis ad corporalem, & ita reducitur ad secundam speciem qualitatis, hoc non plene intelligo: quia video si qd haec solutio posset habere locum de caractere sacerdotali, non tamen posset habere locum in caractere baptismali. Videmus enim non baptizatum vere posse baptizare, si formam debitam obseruet, & intendat facere circa puerum, quod facit ecclesia, & sic baptizatus a non habente characterem recipit characterem. Sed forte diceretur ab illis, qd adhuc character baptismalis est ad communicandum spirituales actus, in quantum disponit ad characterem sacerdotalem, per quod a sacerdote possunt communicari spirituales actus: quia non habenti characterem, communicari non possent. Ad illud autem characterem disponit character baptismalis, ita qd sine caractere baptismali character sacerdotalis recipi non posset, vnde si aliquis ordinaretur in sacerdotem ante baptismum, postquam baptizaretur iterum esset in sacerdotem ordinandus, secundum iuramentum, qd non esset verum si ante baptismum characterem sacerdotalem suscepisset. Videtur alij characterem non sit in aliqua specie qualitatis, vniuoce cum qualitatibus corporalibus: quia sicut materia spiritualium, & corporalium non

Opi. qd vniuoce in nulla specie qualitatis corporalis.

est vniuoca, sicut declaratur in quadam quaestione, qua quaerebatur vtrum angeli sint compositi ex materia, & forma ex quo sequitur, qd substantia non dicitur pure vniuoce de substantiis spiritualibus, & corporalibus, sed per quandam analogiam, ita nec qualitas dicitur pure vniuoce de qualitatibus corporalibus, & spiritualibus infusis, sed per quandam analogiam: reducitur autem character, vel maiorem habet similitudinem cum quarta specie qualitatis, quam cum aliqua alia. Videtur enim esse quaedam specialis configuratio ipsius animae qua signatur, & distinguitur ab anima qua sacramentum non suscepit, sicut videmus re corporalem, per quandam configurationem signari, & distingui a re alia. Figura autem est in quarta specie qualitatis, nec absurdum tibi videatur, qd pono in anima per quandam configurationem spirituaalem cum philosophi dicant intellectum intelligendo aliquo modo configurari intelligibili. Vnde & haec vna est de rationibus, qua intellectus noster per naturam non potest simul intelligere plura distincte, perfecte quodlibet sub propria distincta ratione, eo qd sicut corpus non potest in eadem parte superficiebus simul pluribus figurari, ita nec intellectus noster potest simul configurari pluribus intelligibilibus, nisi vnu de illis sit alterius expressiuum, & hanc rationem tangit: Algazel lib. 3. suae Metaphysicae. ca. 4. & huic opinioni consonat, quia non videmus aliquem actum in nobis elici per characterem baptismalem per se, quamuis iuuet ad hoc, vt aliqua operationes sint efficaciores, vt inferius patet in eadem quaestione, etiam transubstantiatio panis in Corpus Christi non elicitur, a sacerdote per characterem sacerdotalem effectiue, sed ipsa diuina potentia, cum homo habens characterem sacerdotalem, dicit formam institutam super debitam materiam cum debita intentione, facit illam transubstantiationem, quam non faceret ad verbum hominis, qui non haberet characterem sacerdotalem, non quin hoc facere posset si vellet: sed quia liberaliter vult seruare decretum, quod ab ipso est constitutum.

Argumentum, quod probat characterem dicere aliquid absolute concedendum est.

AD illud quod arguitur in oppositum dico, qd secundum quosdam falsum supponitur in argumento. Dicunt enim aliquem actum egredi ab homine per characterem: quia & si sacerdos non sit causa efficiens ipsius transubstantiationis, tamen per characterem facit aliquam dispositionem ad transubstantiationem. Sed quia haec solutio applicari non potest ad characterem baptismalem, eo qd non habens characterem baptismalem baptizare potest, quamuis hoc facere non debeat, nisi casus necessitatis occurreret.

Item quia non clare video, quam dispositio

q habetur 2. di. 3. ar. 2.

Quia impossibile bene secundum Scotum in 2. di 42. q. 1. 2. mer. q. vlt. Et Fran. in 1. di 3. q. 11. och. in 1. di 1. q. 11. 1. srac 3. se sen 4. circa melior, sed hoc similitudo non tenet s. d. m. Sc. 7. r. di. 3. q. 6. soluendo argumenta ratione assignat 7. mer. 5. c. 23.

Ad argum. ad aliam partem quod vnde solutio. Contra.

tionem sacerdos efficiat circa substantiam panis ad hoc, ut transubstantietur in corpus Christi, nisi quod dicitur verba, & habet intentionem, quibus verbis dicitur sub debita intentione ipse Deus in instanti, in quo verba completa sunt per suam potentiam facit illam transubstantiationem.

Solutio propria, secundum Scotum. ramentum haec libando in 4 di. 6. q. 10. Primum esse est in cava. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octavus.

Ideo potest aliter responderi, ad argumentum, dicendo, quod quamvis non videamus aliquem actum effici a nobis per characterem, non propter hoc sequitur quin dicat aliquid absolutum existens in quarta specie qualitatis. Figura enim non est qualitas activa, quamvis iuvare possit ad hoc, quod res per qualitatem actiuam efficaciorē habeat actionē sub vna figura, quam sub alia, sic etiam ipse character non est qualitas activa, quamvis anima per talem qualitatem possit habere alios actus efficaciores. Unde ceteris paribus homo per characterem baptismalem efficacius potest se contra concupiscentiam defendere. Et ceteris paribus non baptizati magis subduntur carnali concupiscentiae, quam baptizati. Per ipsum etiam characterem anima magis est disposita ad suscipiendam diuinam gratiam. Et per ipsum characterem confirmationis homo ceteris paribus audacius confitetur fidem. Et efficacius per characterem sacerdotalem homo aptior redditur ad suscipiendum illuminationem diuinam. Et ceteris paribus melius potest cognoscendo distinguere inter lepram, & lepram, id est inter peccatum, & peccatum. Et melius iustas penitentias aestimare, & clarius videre, quae ad suum officium pertinent, & sic patet solutio ad argumentum, & haec de praedicta quaestione sine praedictis dicta sufficiant.

Post haec veniendum est ad quaestiones morales. Et primo ad illas, quae respiciunt hominem per comparisonem ad sacramenta, quae fuerunt tres: quarum duae respiciunt hominem per comparisonem ad sacramentum penitentiae, tertia per comparisonem ad sacramentum matrimonij, illae autem quae respiciunt hominem per comparisonem ad sacramentum penitentiae sunt istae. Prima verum iustificatus per contritionem teneatur recipere sacramentum. Secunda verum sacramentum penitentiae, respectu eorundem peccatorum in numero habeat efficaciam ex vi sacramenti, quotiescunque receptum fuerit a penitente.

Q. V. A. E. S. T. I. O. X. V. I.

Utrum iam iustificatus per contritionem teneatur recipere sacramentum penitentiae.

Arg. I.

VIDETUR, quod non: quia sacramentum penitentiae, ad hoc institutum est, ut sit medicina curatiua morbi peccati: ergo cum homo curatus est a peccato, cum iam non indigeat medici-

na curatiua: ut videtur, quod non teneatur ad sacramentum penitentiae suscipiendum.

CONTRA, quamvis baptismus sit medicina curatiua originalis peccati, cum iam curatus ab originali per baptismum flaminis teneatur recipere sacramentum baptismi: ergo similiter non obstante, quod sacramentum penitentiae sit medicina curatiua actualis peccati: ille qui iustificatus est per contritionem teneatur adhuc ad suscipiendum sacramentum penitentiae.

CONCLUSIO.

Imo si non susciperet mortaliter peccaret, ad hoc enim praecipue ob gratiae augmentum ex precepto tenentur.

AD ISTAM quaestione, Respondeo, quod peccator iam iustificatus per contritionem teneatur suscipere sacramentum penitentiae, si ipsum habere potuerit, aliter non. Unde beatus Bernardus in Meditationibus suis, capitulo 9. in fine dicit sic. Si forte peccator vere poeniteat, sed inter currente articulo necessitatis ad confessionem peruenire non possit, confidenter credere debemus, quod summus sacerdos complet in eo, quod mortalis non potuit, & iam apud Deum factum constat, quod homo quidem vere voluit, sed non potuit adimplere: quia confessionem non contemptus exclusit, sed impediuit necessitas. Ratio autem quare ille teneatur ad suscipiendum sacramentum penitentiae nisi necessitas impediatur, est praecipuum, quia praecipuum est omni peccatori respectu eorundem peccatorum in numero semel suscipere penitentiae sacramentum, unde si adest facultas, & non vult suscipere semel in anno mortaliter peccat, non quia velim dicere quod illud idem peccatum in numero, quod iam erat dimissum redeat: quia peccatum idem in numero reiterari non potest, sed dico, quod novum peccatum mortale committit, propter transgressionem praecipui, & contemptum sacramenti. Ratio autem quare praecipuum est iam iustificatum per contritionem suscipere penitentiae sacramentum, nisi necessitas impediatur multiplex est, vna est propter augmentum gratiae: quia iam iustificatus per contritionem, per susceptionem penitentiae sacramenti gratia augmentatur.

Alia est propter diminutionem poenae, quia ex vi sacramenti pars poenae ad quam obligabatur homo in purgatorio, pro peccatis suis remittitur.

Alia ratio est propter reconciliationem ecclesiae: quia & si per contritionem iam sit ei reconciliatus, oportet, quod per susceptionem sacramenti penitentiae, reconcilietur Ecclesiae.

Quarta ratio est propter aequitatem iustitiae, cum enim peccator teneatur ad emendam, & ratio naturalis dicitur, quod homo non debet esse iudex in causa sua: videtur aequitas exigere,

Contra.

Ad quoniam.

Quare de peccatis contritis sed non confessis, hoc tenetur conseruari. id est tenet di. 22. ar. 1. q. 2. respellit Scotus ad di.

primariae secundariae.

Tertiariae.

Quarta ratio. 7. r. 6. quia contritione non habetur.

nisi in virtute studeat confessio, ergo non potest nisi necessitas peccat. re, quod taxatio emendae non fuit per eum tantum, sed per alium, nisi necessitas impediatur. Decentius autem est, quod fiat per alium, qui constitutus est arbiter inter hominem, & Deum, & hoc est sacerdos, quam quod fiat per eum, & quia sacerdos non posset taxare emendam, nisi sibi manifestaretur culpa: ideo oportet, quod culpa manifestetur sacerdoti per confessionem, nisi necessitas impediatur.

Quinta. Quinta ratio est propter beneficium doctrinae, quia ille qui confitetur instruitur, & dirigitur a confessore, si confessor facit, quod debet.

Sexta. Sexta ratio est ad humiliandum illum, ut sicut dicit Bernardus in Meditationibus suis, c. 9. ante superiora, se prosternat humiliter homini, qui humiliter astare noluisset Creatori.

Ad argum. Argumentum pro parte ista gratia conclusionis concedendum est.

Ad aliud. AD ARGUMENTUM in oppositum. Respondeo & dico, quod sacramentum penitentiae non tantum est praecipuum, propter remissionem culpae in seipsa, sed etiam propter remissionem poenae, & propter reconciliationem ecclesiae, & augmentationem gratiae, & propter taxatioem emendae, secundum aequitatem iustitiae, & propter consequendum beneficium doctrinae, & propter acquisitionem humilitatis, & propter recognitionem infirmitatis propriae, & haec de praedicta quaestione dicta sint.

CONSEQUENTER sequitur.

Q. V. A. E. S. T. I. O. X. V. I. I.

Utrum sacramentum poenae respectu eorundem peccatorum in numero habeat efficaciam, ex vi sacramenti quotiescunque fuerit receptum a penitente.

Argum.

In verbo scripturus. Casus est in textu ibi. Obligatio semel etc. de consec. di. 4. quavis contritione.

VIDETUR, quod non: extra de sententia excommuni. de cetero. dicit Glossa de illo, qui est absolutus in casu necessitatis, cui sub iuramento fuit iniunctum, ut quam citius opportunitatem haberet summum Pontificem adeat, mandatum Apostolicum suscepturus sic, non dicit absolvens, quia iam est absolutus, quia obligatio semel extincta, iterum non reuiuiscit. Et postea dicitur sic in ead. glo. Libertas. n. quamuis indebite, obtenta non retractatur. Sed econuerso video, quod quamuis iste sit absolutus in casu necessitatis, a quo alias non potuisset absolui nisi a Papa. Videtur tamen, quod summus Pontificem teneatur adire, & mandatum eius suscipere, quod si sacramentum penitentiae haberet efficaciam ex vi sacramenti, quotiescunque reciperetur a penitente, videretur quod dominus Papa iterum absolueret eum de eodem peccato in numero. Cum igitur dominus Papa non faciat, ut per praedictam glossam probatur

videtur, argumentum est, quod sacramentum penitentiae ex vi sacramenti in respectu eorundem peccatorum in numero non habeat efficaciam, quotiescunque a penitente recipitur.

CONTRA, de pe. distin. 1. cap. quem penitet dicitur sic. Dignus est misericordia, qui spirituali labore petit gratiam: laborat enim mens patiendum erubescitiam, & quia verecundia magna est poena, qui erubescit, pro Christo, sit dignus misericordia: unde apparet, quod quanto pluribus confitebitur in spe veniatur pitudinem criminis, tanto facilius consequetur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere: plus confitentibus parcere, quibus enim remittunt remittit dominus.

CONCLUSIO.

Bonum quidem, est pluries de eodem in numero peccato confiteri: quae tamen istarum opinionum superiorum summi Pontificis est determinare, praesertim cum quam non habent sacramentis efficaciam tribuere, & quam habent subtrahere sit periculosum.

AD ISTAM quaestione non intendo respondere, aliquam partem affirmando, quia periculosum est attribuire sacramentis efficaciam, quam non habent, & subtrahere efficaciam, quam habent, & ideo de ista quaestione nihil plus volo affirmare, nisi hoc scilicet, quod sacramentum penitentiae debito modo susceptum efficaciam habet ex vi sacramenti in suscipiente, respectu eorundem peccatorum in numero semel ad minus. Et quotiescunque iteratur peccatum, & reuertatur homo ad penitentiam, hoc sacramentum ex vi sacramenti in penitente suam efficaciam habet.

Utrum autem respectu eorundem peccatorum in numero suam habeat efficaciam, ex vi sacramenti quotiescunque a penitente recipitur: de hoc propono narrare vtranque opinionem, scilicet, & illam quae dicit, quod sic, & illam quae dicit quod non, & qui in hoc clarius videt asserat quam iudicauerit verioem. Illi autem qui dicunt, quod sic videntur habere pro se usum ecclesiae, quia & homines de eisdem peccatis in numero pluries confitentur, & pluries absoluntur, & quotiescunque confitentur absoluntur, si sunt vere penitentes: fieret autem iniuria sacramento si sic respectu eorundem peccatorum in numero reiteraretur, si reiteratum suam efficaciam non haberet respectu eorundem peccatorum in numero.

Videtur etiam facere pro parte ista, quod aliter sacramentum penitentiae non videtur differre ab infirmis, & egenis elementis, hoc est a sacramentis veteris legis. Sacramenta enim veteris legis, non habebant efficaciam ex vi sacramenti. Quapropter non obstante hoc, quod haberent efficaciam ex vi meriti, vocantur tamen ab Apostolo ad Gal. 4. Infirma, & egena elementa. Sacramenta autem nouae legis in hoc differ-

Contra.

Ad quoniam.

Quid dicitur in hac q. affirmet.

Opi. ponens eadem peccata numero pluries posse confiteri.

Primariae.



differunt ab eis, q̄ non tantum habent efficaciam ex vi meriti: sed cum hoc etiam ex vi sacramenti. Videtur ergo, q̄ sacramentum penitentiae respectu eorundem peccatorum, in numero habeat efficaciam, quotienscunque receptum fuerit a penitente, non tantum ex vi meriti, sed cum hoc etiam ex vi sacramenti.

Tertiaro

Præterea aliter tantum valeret confessio iterata de eisdem peccatis in numero facta coram non sacerdote, coram quo erubesceret magis, quam facta coram sacerdote, quo erubesceret minus: vel si equaliter erubesceret coram utroque tantum valeret reiterata vni, quã tum alij, quod videtur inconueniens. Pro hoc etiam multum videtur facere decretum allegatum pro parte ista maxime, quantum ad illud quod ibi dicitur. Ip̄si enim sacerdotes plus iam possunt proficere plus confitentibus parere, quibus enim remittunt, remittit Dominus. Hæc verba prætere videntur, q̄ illud, quod ante dictum est in decreto .f. de facilius consequendo gratiam remissionis per confessionem factam intelligi debeat ex vi sacramenti, respectu eiusdem peccati.

Quintaro

Præterea sicut principaliter sacramentum penitentiae est medicina contra peccatum actuale, ita baptismum contra peccatum originale, sed in illo in quo remissum est peccatum originale per baptismum fluminis, bene habet efficaciam baptismum fluminis ex vi sacramenti: ergo similiter in illo, in quo est remissum peccatum actuale, per sacramentum penitentiae primo receptum poterit habere efficaciam suam, ex vi sacramenti sacramentum penitentiae, respectu eiusdem peccati in numero secundo receptum.

Sexta ratio

Præterea si in aliquo sint remissa peccata, quantum ad totam poenam per vehementiam contritionis, adhuc talis semel tenetur saltem confiteri de illis. Supposito, q̄ de illis nunquam confessus est: non videtur autem ad hoc tene ri, nisi sacramentum penitentiae in eo posset habere efficaciam aliquam ex vi sacramenti. Talis ergo suscipiendo sacramentum penitentiae aliquam efficaciam recipit ex vi sacramenti: non quantum ad remissionem culpæ, nec quantum ad remissionem poenæ: quia per potestiam diuinam illa duo totaliter remissa sunt, per contritionis vehementiam præcedentem confessionem: ergo videtur, q̄ illa efficacia, erit respectu augmenti gratiæ, cum ergo gratia in homine, quam diu est de lege communi in hac mortali vita possit augeri plus & plus, videtur quamuis peccatum sit remissum, & quantum ad culpam, & quantum ad totam poenam per sacramentum penitentiae semel, vel bis receptum, q̄ adhuc quotienscunque recipiat sacramentum penitentiae, respectu eorundem peccatorum, quilibet vice recipiatur poterit habere aliquam efficaciam, ex vi sacramenti, quantum ad gratiæ augmentum.

Præterea cum dubitatur vtrum sacramentum vitæ fuerit ab aliquo receptum, vel non, tunc ministratur sibi sacramentum sub conditione: dicendo, si tu non es baptizatus ego baptizo te, & sic de alijs: sic ergo cum homo reiterat confessionem eiusdem peccati in numero reciperet absolutionem, respectu eisdem peccati, tantummodo propter hoc, q̄ incertum est, vtrum quando primo recepit absolutionem esset in statu, q̄ illa absolutio haberet in eo suam efficaciam ex vi clauium, tunc sacerdos ministrando sibi absolutionem, respectu eiusdem peccati numero deberet dicere sic: si prima absolutio non habuit efficaciam in te, ex vi clauium, propter tuam indispositionem, ego absoluo te, &c. cum ergo teneat ecclesia, q̄ sacerdos non teneatur, illam conditionem apponere videtur, q̄ absolutio non iteratur, respectu eiusdem peccati in numero propter illud dubium tantum, sed etiam cum hoc propter ipsius gratiæ augmentum.

Qui autem sunt alterius opinionis videntur suam opinionem sustinere, & per rationes & per auctoritates. Arguunt enim sic. si enim esset aliquis, qui nunquam actuale peccatum commisset, & veniens ad sacerdotem diceret, domine nescio me vnquam actuale peccatum commisisse, sacerdos eum absolueret dicendo, ego absoluo te, illa absolutio respectu illius non haberet aliquam efficaciam ex vi clauium, sed peccatum quod per sacramentum penitentiae digne susceptum remissum est & quantum ad culpam, & quantum ad poenam corporaliter, & dico corporaliter, quia tanta contritio potest esse in penitente, q̄ per receptionem sacramenti semel ita poena remittatur, etiam si contritio non fuerit tanta, q̄ tota remitteretur per sacramentum semel susceptum, tamen illud residuum in temporalem poenam, commutari potest, postquam expletã, totaliter ipsum peccatum, quantum ad culpã, & poenam remissum est, peccatum autem in quantum sic remissum, non plus grauatur peccato rem apud Deum, quam si nunquam fuisset commissum, ergo nec respectu talis peccati secunda absolutio, ex vi clauium efficaciam habet.

Secundo nituntur declarare illud sic, sicut baptismus est medicina curatiua directe peccati originalis, vnde directe, & primo ordinatur contra peccatum originale, sic dico, q̄ sacramentum penitentiae est directe medicina contra peccatum actuale, sed si peccatum originale reiteretur, sacramentum baptismi, secundo susceptum posset habere efficaciam ex vi sacramenti, respectu originalis peccati reiterati, quapropter videtur, q̄ principalis ratio, quare sacramentum penitentiae non haberet efficaciam, si secundo recipiatur sit: quia morbus contra quem est directe non reiteratur: cum ergo idem peccatum in numero

Sextima ratio

Op̄i potius ead̄ p̄ causa plures non posse confiteri quã sequitur Sco. in 4. di. 18. primum argumentum

Secunda rōe aliam rōne adducit Sc. in 4. di. 18. soluendo argumenta, sed inuicem semel lat̄ sine errore Deus taliter ratificat in ealis, q̄ est irrevocabile. Sic fit in prima confessione debite circumstanti-

nata: ergo talis est irreuocabilis, & c. maior in potius liquet

non reiteratur videtur, quod sacramentum penitentiae respectu eiusdem peccati in numero ex vi clauium nullam habeat efficaciam.

Tertio arguitur sic: cum quatuor sint sacramenta iterabilia: scilicet eucharistia, penitentia: extrema vnctio, & matrimonium: tamen videmus, quod respectu eiusdem obiecti in numero verbo sacramentalia non habent efficaciam nisi semel in sacramento eucharistia: extrema vnctio, & matrimonij: hæc enim verba. hoc est enim corpus meum respectu eiusdem hostiæ non habent efficaciam nisi semel verba etiam, quæ sunt forma in sacramento extrema vnctio respectu eiusdem infirmi eadem, & eodem statu infirmitatis manifeste loquendo de infirmitate tam exteriori, quam interiori non habent efficaciam ex vi sacramenti nisi semel: verba etiam, quæ sunt forma in sacramento matrimonij in eodem homine respectu eiusdem mulieris, & in eadem muliere respectu eiusdem viri non habent efficaciam ex vi sacramenti nisi semel: nisi forte contingeret, quod vnus moreretur, & postea resuscitaretur, quia per mortem vinculum matrimoniale soluitur: ergo dicunt ipsi cum non videatur, nec expressa auctoritas, nec ratio cogens, quare sacramentum penitentiae sit excepta actionis quo ad hoc: videtur, quod sacramentum penitentiae ex vi clauium respectu eorundem peccatorum in numero totaliter remissorum, & quantum ad culpam, & quantum ad poenam per contritionem, & dignam sacramenti penitentiae susceptionem semel, non habeat efficaciam secundo susceptum.

Cui vt dicunt isti videtur concordare, quod aliqui Doctores iuris dicunt, vt ponit Raymundus in summa sua: scilicet, quod priuata penitentia iteratur quotiens homo peccat: ita, quod videtur velle vt isti dicunt, quod iteratio peccati est ratio iterandi sacramentum penitentiae ad hoc vt iteratũ habeat efficaciam ex vi clauium non videtur: ergo istis, q̄ sacramentum penitentiae respectu eorundem peccatorum in numero habeat efficaciam ex vi clauium quotienscunque recipitur a penitente.

Quarta rōe

Item tunc homo confessus de vno graui crimine totiens posset confiteri in illo die de illo crimine q̄ ex vi clauium tota poena ad quã obligatur pro illo peccato remitteretur per vnum diẽ. Et ita non oporteret sibi iniungi penitentia propter aliquã poenã debitã: sed tãtummodo ad cautelã futurorũ. Et si dicis, q̄ homo statim confessus de vno crimine si iterũ dicit illud idem eidem sacerdoti statim, & secundo, & tertio, & quarto, & sic deinceps, q̄ sic nõ haberet efficaciam suã iterata confessio, quia oportet, q̄ inter absolutionẽ, & absolutionem fiat aliqua immutatio circa penitentem: sicut forte nouus deuotionis motus.

Contra.

Cõtra hoc arguo sic: absolutio ex vi clauium habet suã efficaciam in hoie nisi sit impedimen-

tũ ex parte hois: ergo durate prima deuotione per quã homo fuit dispositus vt prima absolutio habeat suã efficaciam in eo ex vi clauium remanebit etiam dispositus ad hoc vt secunda absolutio habeat in se suam efficaciam ex vi clauium, si nata est habere pluries efficaciam suã respectu eiusdem peccati in numero.

Qui aut tenet opinionẽ aliã possunt soluere argumentũ factũ p̄ ista opinione i opposendo, & oẽs rōnes, q̄ postea facta sunt, cũ. n. arguebatur de absolutio i casu necessitatis ab aliquo casu a quo alias absolui nõ potuisse, nisi a papa, &c. Põr dici, q̄ rō quare dñs Papa nõ reiterat absolutionẽ, respectu eiusdẽ illi p̄cti, nõ ẽ p̄ hoc qn h̄et efficaciam ex vi sacri, sed hoc forte facit dñs Papa, p̄ reuerentiã sacri, ne aliq̄s. f. posset per quandã simplicitatẽ æstimare primã absolutionẽ efficacẽ nõ fuisse, vel p̄r dici, q̄ illa de cretalis loq̄tur, & illa glo. de absolutione ab excõicatione respectu cuius sc̄da absolutio efficaciam nõ h̄et respectu eiusdẽ casus: quia ex quo soluit ab excõicatione i isto sc̄da absolutio illã excõicationẽ iã solutã p̄ primã absolutionẽ nõ solueret, & q̄ loquat̄ ibi de absolutione ab excõicatione patet per tex. decr. vbi d̄r sic. de cetero noueris, q̄ si q̄s p̄ violẽta manũ iniectione i clerico vinculu excõicationis astrictũ, &c.

Tenentes primam opi. ad rōnes secundæ respondent. Ad principale argum.

Secunda ratio

Ad primam rationem secundæ opinionis iuxta illud eadem facillitate, &c.

Ad rōnes confirmates et opinionẽ illam sic p̄t solui, cũ. n. dicebatur, q̄ absolutio efficaciam ex vi clauium nõ h̄et in illo, q̄ nõ peccasset, &c. Põr dici, q̄ tu supponis ita, sed nõ p̄bas. Vnde sicut tu affirmas, ita p̄t negari tibi, vel p̄t dici, q̄ nõ est simile de illo, q̄ nõ peccasset, & de eo q̄ peccauit, quãuis p̄ctm eius esset totaliter remissum, q̄ tũ ad culpã, & quantum ad poenã, quod patet, quia alias non teneretur confiteri, sed tãtummodo representare se face doti, ille aut, q̄ peccauit, & si peccata sua essent totaliter remissa, quãtũ ad culpã, & quantum ad totã poenã p̄ vehementiam contritionis, teneretur tñ confiteri si alias non fuisset de illis confessus. Dico et tibi q̄ si alias fuit de illis confessus adhuc magis originale est, q̄ absolutio iterata, respectu eorundẽ p̄ctõrũ h̄et efficaciam in illo ex vi clauium, quã i illo, q̄ nõquã peccasset, quia ipse Deus efficaciam sacro p̄ntẽ concessit, non ita pro illis qui uiuerent mundi p̄ gratiã priuilegiatã, sicut p̄ alijs Non posset aut hõ uiuere, qn peccaret venialiter sine speciali priuilegio gratiæ, & iõ efficaciam absolutionis ex vi sacri non similiter respiceret illũ, & aliũ, qui aliqñ peccauit, cuius peccata totaliter remissa sunt, & quantum ad culpã, & quantum ad totã poenam, & per sacramentum penitentiae susceptum reconciliatus est ecclesiæ.

Tertia solutio

Materia secundæ est tabula naufragi

Ad secundam rationem.

Indelebiliter non imprimetur sibi originale nõ rediret.

Quod autem dicebatur postea, q̄ ratio quare baptismus si susciperetur secundo non haberet efficaciam, est propter hoc, quod originale non reiteretur, &c.

Dico q̄ imò est alia ratio, scilicet quia imprimitur effectum indelebilem, idest characterem.

Ad tertiam autem cũ arguebatur per inducendum Rich. Med. Quolib. H. Etio-

tionem dici potest, q̄ instantia est in sacramento penitentia: quia verba in sacramento matrimonij, & verba in sacramento Eucharistia, respectu eiusdem personae, & hostiae vna vice explent totam efficaciam suam, & habent omnes effectus, quos possunt habere, non sic autem est in sacramento penitentiae, quamuis enim prima absolutio in homine disposito habeat totam efficaciam suam, quantum ad effectus essentielles, qui sunt culpae remissio, & poenae aeternae in temporalem commutatio, & animae in Deum reconciliatio, non tamen ita est quantum ad effectus secundarios: quia sacramentum penitentiae non est natum remittere tantum de pena vna vice receptum, quantum pluries receptum, nec tantum conferre de gratia, & ideo non valet, q̄ si respectu eiusdem hostiae verba quae sunt forma in sacramento Eucharistiae non habeant efficaciam, nisi semel. Similiter verba in sacramento matrimonij, respectu earum personarum in numero, q̄ propter hoc sic fit in sacramento penitentiae.

Ad id quod arguitur. 4. dico q̄ hoc sacramentum respectu eiusdem peccati in numero non habet efficaciam pluries ex vi clauium, nisi si nouo motu deuotionis superueniente, vel saltem facta aliqua immutatione circa poenitentem, & ideo non oportet, q̄ si statim confessus de vno peccato, statim iterum dicat illud idem eidem confessori, si non adest nouus motus deuotionis, vel verecundiae, q̄ iterum recipiat respectu eiusdem peccati in numero effectum clauium, si in prima vice recepit respectu eiusdem peccati.

Qui autem tenent secundam opinionem defendunt, vel defendere nituntur, per hunc modum primo ad decretum, cum enim dicitur, q̄ sacerdos plus potest proficere, plus confitentibus parcere, dicunt q̄ hoc intelligitur per beneficium orationis, cui videtur consonare apparatus, vbi dicitur, q̄ tanto plures obligat ad orandum pro se, quanto plures confitetur, & iterum quia quantum homo plus laborat, & magis pro suis peccatis erubescit, & fortius poenitet, tanto ceteris paribus confessor, secundum rectum iudicium rationis, plus sibi parcere potest, minorem poenitentiam iniungendo, & plus possunt circa poenitentem proficere plures sacerdotes, non tantum orando, sed etiam instruendo, & videtur istis, q̄ haec expositio magis consonet praecedenti decreto, quam alia. Vel potest exponi illud decretum, vt alij volunt de illo, qui veraciter poenitet, va des ad primum sacerdotem, & erubescendo coram pluribus de congruo disposuit se ad hoc, vt Deus inclinet veraciter cor eius ad poenitentiam, vt sic gratiam obtineat remissionis. Huic expositio ni consonare vult illud q̄ dicitur in decreto, tanto facilius consequitur gratiam remissionis. Si. n. i. prima confessione est remissum peccatum, in secunda non consequitur gratiam remissionis, respectu eiusdem

peccati, hoc est gratiam per quam remittit illud idem peccatum, quod ante erat remissum.

Ad secundum, q̄ dicitur pro alia opinione, de usu ecclesiae, dicunt q̄ ille usus est. pp hoc q̄ nescitur vtrum homo in prima confessione fuerit dispositus ad hoc, q̄ absolutio habuerit in eo effectum, ex vi clauium, & et quia homo antequam reconfitetur de eodem in numero praesumitur, iterum alia peccata venialia commisit, nec oportet, pp hoc, ponere conditionem aliquam explicite in dicendo si prima absolutio non habuit efficaciam ex vi clauium, respectu istorum peccatorum: ego absoluo te quia in his, quae frequenter sunt in usu non oportet conditionem explicare, nec de ea actualiter cogitare, sed sufficit illam habere habitualiter, vnde quod leuatur corpus Christi in altari non oportet, q̄ homines dicant, vel actualiter cogitent de hac conditione, si sacerdos fecit, quod debuit, & si est sacerdos ille, qui celebrat. Vnde si sacerdos maliciose leuaret hostiam non consecratam adorantes non reputantur idolatre, si hoc nescirent: quia habitualiter tenent, q̄ non adorerent, nisi esset vere consecrata. Nec est pp istam opinionem si vera esset sequeretur, q̄ sacramentum poenitentiae esset infirmum, & egenum elementum, quia infirma, & agra elementa, hoc est sacramenta veteris legis non habebant efficaciam ex vi sacramenti, nec bis, nec semel. Haec autem opinio bene concedit sacramentum poenitentiae ex vi sacramenti habere efficaciam respectu eiusdem peccati in numero semel, & totiens posse habere efficaciam ex vi sacramenti, quotiens iteratur peccatum cum peccator poenitet, & confitetur. Nec est secundum hanc opinionem tenet videlicet ceteris paribus confessio de eodem peccato in numero reiterata non sacerdoti, sicut sacerdoti, eo q̄ oratio sacerdotis ceteris paribus efficacior est ad impetrandum gratiam confitenti, pp dignitate sacerdotij: quia & potest orare vt persona cois.

Qui autem dicunt, q̄ ille, in quo remissum est originale peccatum per baptismum fluminis, adhuc si suscipit baptismum fluminis, habet baptismum fluminis in eo efficaciam, &c. Dico, q̄ vtriusque verum est, ita q̄ in illo in quo remissum est per contritionem peccatum actuale, habet efficaciam, ex vi sacri per sacramentum poenitentiae, si suscipiatur, quia respectu eiusdem peccati in numero natum est semel habere suam efficaciam ex vi sacri, et si ante per contritionem sit remissum, quantum ad culpam, & totam poenam, quae sicut per spiritum sanctum est institutum, vt illud sacramentum a peccatore semel suscipi, per eodem peccato in numero deat si heri potest, sic reconciliet ecclesiae, & vult Deus in hac reconciliacione poenitentem commodum reportare spirituale ex vi sacri. Ex praedictis possunt applicari sermones, quo ad omnia quae adducta sunt per parte ista, sed non multum curo pp simpliciter singulas solutiones, singulis argumentis adaptare, demonstratis supra dictis opinionibus, & aliquibus, quae videntur facere pro opinione vtraque de hoc nihil assero, nisi illud, in quo omnes conueniunt, quod est:

Ad primam rationem prima opinio.

vilis litera

Ad secundam

Ad tertiam. Quarta ratio firmata liter non soluit eo quod est de de re vo. quod iam expostum est.

Ad quintam

Ad sextam.

Applicati sunt.

6. vtilitates reuerentiam confessionem.

est: quia bonum est confiteri de eodem peccato in numero pluribus pluries, & est meritum. Vnde multum est vtile poenitenti, & ratione erubescit, & humilitatis, & bonae assuefactionis, & pp maiorem reuerentiam Dei, & beneficium orationis, & instructionis: quia sacerdos debet ex hoc plus pro illo orare, & plures, & melius sciunt instruere, & et certum est q̄ respectu eiusdem peccati in numero habet efficaciam suam ex vi sacramenti semel ad minus in poenitente, & totiens habet efficaciam ex vi sacri quotiens iteratur peccatum cum peccator poenitet, & confitetur, sed vtrum totiens quotienscunq; confitetur respectu eorundem peccatorum in numero habet efficaciam ex vi sacri, hoc melius intelligentium iudicio potest dimitti, vel illi, qui habet auctoritatem hoc diffiniendi, & hic est Papa.

CONSEQUENTER quaeritur de homine per comparisonem ad sacramentum matrimonij, & est q. 17. l.

Q V A E S T I O X V I I .

Vtrum matrimonium cum illo contractum qui fuit ultra annum in religione, & non fecit professionem sit dirimendum.

Argu. De regu c. ex parte. Qui cl. vel vo. consuluit

RESPONDEO, q̄ non: quia habitus non facit monachum, vel monacham: extra de conuersatione coniugatorum ex parte secunda, & extra de regulis iuris porrectum capitulo vt clerici: ergo propter habitum, si professionem non fecit, non videtur separandum.

Contra. Clarius extra de vo. q̄ vo re. li. 6. c. rursus. eo. si. in glo.

CONTRA professio vera, vel praesumpta solemnizat votum, quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimitur iam contractum: extra de regula. statuimus in glosa, & 27. q. 1. vt lex continentiae, sed ille qui habitum habuit ultra annum in ordine, praesumitur professionem fecisse: ergo &c.

C O N C L V S I O .

Si cum professione de non profitendo remanserit, nullo modo dirimendum erit, sed sine tali professione, probabile est tale matrimonium est etiam in foro conscientiae nullum esse.

Respon.

RESPONDEO, q̄ si aliquis, vel aliqua fuit in habitu religionis, & cum illo habitu fuit in illa religione, ultra annum professus praesumitur in foro iudicij, nisi cum professione de non profitendo remanserit ultra annum, ad magis adhuc experiendum, si sibi placebit profiteri in illa religione: si enim cum tali professione remaneret, tunc non credo q̄ matrimonium contractum cum illo esset dirimendum, et in foro iudicij, si autem remanserit sine professione cum in foro iudicij praesumatur professio, dico q̄ in foro iudicij matrimonium contractum cum illo, vel cum illa esset dirimendum: extra de regula. c. vidua. & c. ex parte tua. Sed vtrum esset matrimonium in foro

conscientiae non est ita clarum. Dicunt. n. aliqui, q̄ ex quo in rei veritate professus non fuit, nullum habet reale secundum veritatem impedimentum contrahendi & ideo vult eis, q̄ in foro conscientiae verum esset matrimonium. Quia; n. bene est impedimentum praesumptum, quod tamen non est impedimentum reale, & verum, vt puta de illo qui dat fidem de contrahendo matrimonio cum aliquo non intendens contrahere cum illa, sed hoc facit tamen, vt per hoc extorqueat carnalem copulam, & vt agnoscat illam post hoc non affectu maritali, sed fornicario, hoc non obstante. Si tunc cum alia contraheret affectu maritali vere esset matrimonium cum secunda, & tamen in foro iudicij dirimeret si praesumbari posset datio fidei sequenti carnali copula cum alia prima.

Dato hoc c. sequer non fuit mutus consensus, ibi, & vltra, nec impedi. scdm istos.

Alijs tamen vult de casu principali, q̄ illud matrimonium nullum esset in foro conscientiae, quia dominus Papa potest facere constitutum quot aliquas personas reddat illegitimas ad contrahendum inter se, q̄ legitime inter se possent contrahere, nisi esset istud statutum: cum ergo iura determinant matrimonium contractum cum illo, q̄ in religione portauit habitum religionis ultra annum, & sine professione esse dirimendum, vt q̄ talem personam iudicant illegitimam ad contrahendum, & ex consequenti matrimonium contractum cum tali nullum est in foro conscientiae.

Alia opi. vult extra de vo. li. 6.

Qui vult tenere, q̄ tale matrimonium teneat quantum ad forum conscientiae potest respondere ad iura in contrarium allegata, dicendo, q̄ illa iura sic debent intelligi, q̄ non est ibi matrimonium, quantum ad praesumptionem, & forum iudicij, pp hoc, q̄ talis persona praesumitur professioem fecisse, per hoc q̄ morata fuit in habitu ultra annum sine aliqua professione de non profitendo.

Tenendo primam opin. ad iura.

Qui autem vult tenere aliam opinionem potest respondere ad iura allegata in contrarium dicendo, q̄ quamuis habitus non faciat monachum, vel monacham, tamen habitus, & conuersatio in loco religioso sub praelati regularis obedientia ultra annum, sine professione de non profitendo, facit monachum vel monacham quantum ad praesumptionem, & quia ille vel illa, q̄ vel quae, praesumitur in religione professionem fecisse iura statuunt illegitimum, vel illegitimam ad contrahendum, ideo matrimonium contractum cum tali persona in foro conscientiae, vt dicunt illi qui tenent hanc partem nullum est.

CONSEQUENTER veniendum ad duas rationes quae respiciunt hominem per comparisonem ad religionem.

Q V A E S T I O X V I I I .

Vtrum ille qui iurauit se nunquam intraturum religionem sit obligatus ad non intrandum.

RESPONDEO, q̄ sic: quia iuramentum est de re licita: licitum est enim non intrare religionem, sed iuramentum de re licita, seruandum est:

Argu. 1.



Item hoc videtur sentire Gratianus, 22. q. 4. cap. vlt. vbi dicit, qd tale iuramentum no prohibetur feruari.

Item in 85. dist. cap. Archidiaconum, videtur velle Gregorius, qd si aliquis tactis sacrosanctis Euangelijs iuret se non recepturum episcopatum, qd repellendus est ab episcopatu, si eligatur, quod non videtur verum esse, nisi tale iuramentum esset seruandum: ergo a simili, iuramentum est obseruandum, quo aliquis iurat se nunquam religionem intraturum.

Contra. c. et inrabus. q. 1. c. vlt. q. 4. & sunt verba Hi. von. CONTRA, 22. q. 2. cap. animaduertendum. Iuramentum debet habere tres comites iudicium, iustitiam, & veritatem, sed illud iuramentum non habet iudicium: est enim iuramentum indifcretum cum sit in preiudicium maioris boni: ergo vs, qd no sit iuramentum obligatoriu.

CONCLUSIO.

Tale iuramentum obseruari non debet, est enim & diuino consilio, & operationi boni, maxime contrarium.

Respon. Incant. in ramentum a sco. dicitur di. 39. tertij

Primario.

RESPONDEO, qd clericus, qui iurauit se nunquam religionem intraturum non est obligatus ad non iurandum, sed tale iuramentum faciendo peccauit: quia qui facit iuramentum, quod obseruari no debet iurando peccat. Quid autem talis non sit obligatus ad iuramentum, patet duplici ratione. Certum. n. est quod Dominus opera perfectionis & supererogationis consuluit, intrare autem religionem supererogationis est opus: ergo sub diuino consilio cadit. Cum autem ipse Deus sui ipsi contrarius non sit, promissionem non vult esse stabilem, qd sit suo consiliario contraria.

Secundario.

Item cum sint duae partes iustitiae. scilicet declinare a malo, & facere bonum, contra iustitiam est omne illud iuramentum, quod est contrarium declinationi mali, & operationi boni. vnde non tantummodo illud iuramentum est illicitum, & non obligatorium, quo aliquis iurat se aliquod malum facturum. Sed etiam illud iuramentum est illicitum, & non obligatorium, quo aliquis iurat se aliquod bonum non facturum: cum ergo intrare religionem sit valde bonum illud iuramentum est illicitum & non obligatorium, quo aliquis iurat se religionem nunquam intraturum.

Ad primu argum.

AD PRIMVM in oppositum cum dicitur, qd iuramentum de relicta factum, seruandum est. Dico qd falsum est, quando excludit illud bonum, qd sub diuino consilio cadit, & si enim quandoque tale iuramentum sit de relicta, tamen iuramentum est illicitum.

Ad secundu argum.

Ad secundum dicendum, qd Gratianus illic non tenetur, vel potest curialius dici, qd Gratianus non dicit, quod tale iuramentum sit obligatorium: sed dicit, quod non prohibetur feruari, & verum est hoc, qd homo qui iurauit se nunquam intraturum religionem non prohibetur in seculo remanere.

Ad tertiu.

Ad tertium dico, qd ille qui iurat se nunquam

epatum recepturum, non repellitur ab epatu, quia tale iuramentum sit obligatorium, sed quia sic solemniter iurando cum illicitum fuerit iuramentum grauius peccauit, & propter huiusmodi peccatum repellitur.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO XIX.

Utrum aliquis retrahens aliquem ab ingressu religionis tenentur restituere, vel pro ipso intrare.

VIDETUR, qd sic: quia reputatur haberi quod est prope habitum esse. Vnde Philosophus 2. physic. Illud qui fuit prope magnum bonum & non obtinuit dicit infortunatum: ergo cum aliquis extrahens hominem de religione teneatur illi religioni de damno ad arbitrium bonorum, videtur qd ita sit de illo, qui aliquem impedit a religionis ingressu.

CONTRA, illud videtur multum durum, cum frequenter a multis fiat contrarium.

CONCLUSIO.

Retrahens animo religionis vtilitatem impediendi, pro posse ei quem impediuit, & religioni tenetur, immo qua vis causa retrahendo peccat proprie spirituali utilitate excepta.

RESPONDEO, qd aliquis retrahens aliquem a religionis ingressu, potest hoc facere quadruplici de causa, vno modo quia scit illum vel probabiliter credit non esse vtilem illi religioni, & sic non tenetur ad aliquam restitutionem: quia religionem non damnificauit, sed magis damnum religionis impediuit. alio modo hoc potest facere, vt consulat propriae vtilitati: quia forte ab illo habet vicium, & vestitum, vel ab ipso sperat promotionem, & honorem si remaneat in seculo, & sic dico, qd quamuis peccet in hoc, qd suam vtilitatem temporalem preponit vtilitati spirituali proximi, non tamen credo qd illi religioni teneatur aliquid restituere, sed magis tenetur ad restituendum aliquod bonum spirituale illi cuius promotio nem spiritualem ipse impediuit pp talem, & propria vtilitatem, vnde magis, qd prius tenetur pro illo orare, & bonum ei suadere, & salutem eius cum maiori sollicitudine procurare. Si autem ipsum retraxit religionis ingressu, pp ppriam vtilitatem spualem, vt pote qa viuebat de consilio eius, & forte vult intrare tale religionem in qua existens illi psonae, qd ipsum retraxit ab ipsius religionis ingressu consulere no possit, cu ordo caritatis hoc exigit, vt quilibet magis sit sollicitus de promotione salutis propriae, qd alienae.

Alio modo potest hoc facere ex quadam amicitia, quae si est amicitia naturalis, propter consanguinitatem, tunc dico qd quauis peccet, non tenetur religioni, pp hoc facere aliquam restitutionem cum animo iniuriandi hoc no fecerit. Si autem hoc facit propter amicitiam lasciuiae, vt pote qa mulier est quae vult intrare reli-

Argum. T. c. 56.

Contra.

Respon. Retrahens aliquem a religionis ingressu quadruplici potest se contingere Secundo mo.

Tertio mo.

religionem, & vir quia lasciuo modo diligit eam dissuadendo prohibet ipsam religionis ingressu, tunc quamuis grauius peccet, non tenetur facere religioni aliquam restitutionem: quia animo iniuriandi religioni hoc non fecit, sed tamen personae cuius profectum spirituale dissuadendo impediuit tenetur restitutionem facere aliqualem in bonis spiritualibus. prout poterit bono modo pro ipsa magis orado, & meliora extra ostendo, & profectum spiritualem sibi suadendo, ita dico de illo, qui propter amicitiam fundatam super aliquam consanguinitatem, aliquem vel aliquam ab ingressu religionis impediuit, quamuis grauius peccet, & magis tenetur recompenfare personae, quae impedita est ab ingressu religionis ille qui hoc fecit propter amicitiam super vinculum consanguinitatis fundatam.

Quarto mo Alio modo potest aliqua persona aliam impedire ab ingressu religionis animo impediendi religionis vtilitatem, & tunc dico, qd tenetur facere posse suum bono modo, qd illa persona illam intret religionem, vel perfectiorem, qd si facere non poterit illi religioni satisfacere tenetur ad arbitrium boni viri.

Practica declarantur tripliciter, si enim aqua diriuetur ad puteum vicini mei per meatus subterraneos terrae meae, & ego illos meatus obturo, non animo nocendi vicino meo, sed consulendi vtilitati meae, vt pote quia incumbit mihi necessitas faciendi turrin, vel murum, ita qd fundamenta non possint sufficienter stabiliri, nisi illos meatus obturo, non teneor vicino meo satisfacere in aliquo quamuis per hoc puteus suus exsiccet. Si autem hoc facio animo damnificandi vicinum meum, tunc secundum iura ciuilia teneor sibi ad satisfaciendum pro damno, secundum arbitrium bonorum virorum.

Aliud exemplum etiam poni potest, cum enim aliquis clericus rogat episcopum, vel facit rogari, vt sibi praebenda conferatur quam episcopus alij conferre cogitabat. Si hoc non facit animo impediendi alterius vtilitatem, sed propriam vtilitatem procurandi, non tenetur illi clerico facere aliquam restitutionem. Si autem hoc faciat animo impediendi vtilitatem alterius, qui dignus erat tali praebenda, tunc dico qd sibi tenetur satisfacere secundum arbitrium bonorum virorum: & patet intuenti qualiter praedicta exempla ad propositum debeant applicari.

Aliud exemplum potest poni, secundum quod dam: hoc dico propter hoc: quia secundum multos est dubium, si mulier habens maritum, de quo non habet prolem, suscipit prolem ex adulterio ad quod sequitur exhereditatio fratris mariti, vel illius qui in hereditate sibi succedere debebat, tunc dicunt aliqui, qd si mulier hoc, non fecit animo exheredandi verum heredem, sed tantum animo suam lasciuam

procurandi, qd quamuis in secreto teneatur proli natae de adulterio suadere, qd illam hereditatem dimittat: quia eam iniuste possidet, tamen si proles matris non assentiat, non tenebitur mulier legitimo heredi facere restitutionem pro illa hereditate: quia animo ipsum dampnandi hoc non fecit. Si tamen hoc fecerit non tantummodo animo procurandi lasciuam suam, sed vt prolem haberet per quam verus haeres exheredaretur, tunc vero heredi tenetur facere restitutionem pro hereditate dimissa, & si iste casus haberet veritatem satis potest applicari ad illum casum, quo quis impedit mulierem a religionis ingressu: quia lasciuo modo eam diligeat. Sed quia hoc exemplum dubium est. Nolo esse ipsum adductum, tamquam ad confirmandum, sed tantummodo, sicut ad explanandum. Ex praedictis patet quid possit dici.

Ad argumentum ad vtraque parte, primum argumentum non concludit, qd ille qui impedit aliquem vel aliquam a religionis ingressu teneatur per hoc aliquam restitutionem illi facere religioni, nisi in aliquo casu. Non enim ad paria iudicantur dissuadendo retrahere aliquem a religionis ingressu, & illum, qui iam professus est extrahere: quia super professum religio habet potestatem: super illum autem qui intrare proposuit simplici proposito, religio, potestatem non habet antequam intrauerit.

Bene autem dicitur ad oppositum, qd frequenter fit contrarium, &c. Dico, qd non est credendum, quod frequenter homini dissuadeatur religionem intrare animo nocendi religioni, & si frequenter hoc accideret, quod absit nihilominus, ille qui hoc faceret teneatur religioni aliquam facere restitutionem ad arbitrium bonorum virorum, sicut superius dictum est.

CONSEQUENTER veniendum est ad quaestiones, quae fuerunt de homine per comparisonem ad ea, quae sibi non competunt, nisi ratione clericatus quae fuerunt quinque. Vna vtrum clericus, qui habet stipendia ex quibus potest sufficienter sustentari, peccet mortaliter recipiendo beneficium ecclesiasticum.

Secunda vtrum clericus dispositus ad aliquam dignitatem mortaliter peccet, prestando impedimentum, ne illam dignitatem recipiat.

Tertia vtrum Magister teneatur recipere quaestionem pro qua incurret maliuolentiam quam quoniam tamen vtile est scire.

Quarta vtrum electus in episcopatum ignarus in sacra scriptura, & requisitus vtrum sciat verum testamentum, & nouum. Respondens se scire, peccet mortaliter.

Quinta vtrum ille peccet, qui tali electo minus confirmationis impendit.

Rich. Med. Quolib. H 3 QVAE-

Admodum resolute deciditur a Sc. vbi sup. q. 2. ad arg.

Ad argum.

Ad argum. in oppositum.

Qua cum quatuor sequens. potius ad canonicas quam ad Theologos pertinet.

Secunda.

Quarta.

Quinta.



Utrum Clericus qui habet stipendia ex quibus potest sufficienter sustentari, mortaliter peccet Ecclesiasticum beneficium recipiendo.

PRIMA ARG. T V I D E T V R, q sic prima: q. 2. ca. clericos, dicitur sic: clericos illos conuenit ecclesie stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum bona nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt, & hoc decretum sumptum est a Hieronymo ad Damasum Papam.

CONTRA PRIMA ad Thimot. 5. dicitur, q bene præsunt presbyteri: duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina: ergo videtur, q possunt habere honorem, & hæreditatum patrimonialium, & ecclesiasticorum beneficiorum.

CONCLUSIO.

Utiq; mortaliter peccat, non intendens Ecclesie deseruire, sed suos ditare, delicatius viuere, & seculi pompam quærens.

RESPONDEO, q habere stipendia, ex quibus clericus potest sufficienter sustentari hoc tripliciter potest intelligi. scilicet aut quantum ad dignitatem status, vel personæ, vel quantum ad administrationem. Primo modo, clericus habens de bonis paternis, ex quibus potest sufficienter sustentari licite cum hoc potest recipere beneficium ecclesiasticum: quia licitum est homini recipere non tantum secundum q exigit necessitas naturæ, sed etiam secundum q exigit necessitas status vel personæ. Secundo modo clericus habens bona temporalia, ex quibus potest sufficienter sustentari, potest etiam licite recipere beneficium ecclesiasticum non ad distribuendum suis diuitibus amicis, nec ad seculi pompam ducendam, nec hæreditatem paternam augendam, sed administrandum pauperibus, & maxime si Ecclesie deseruiunt.

Qui autem habent temporalia, ex quibus sufficienter possunt sustentari, quantum ad necessitatem naturæ, & quantum ad necessitatem status, vel personæ, & in tantum q multa possunt pauperibus erogare. Si ultra hoc beneficium ecclesiasticum accipiunt non ecclesie intendentes deseruire, sed ut amicos suos possint ditare, & magis honorari, & delicatius viuere mortaliter peccant, unde apparatus super capitulum præallegatum dicit, vel de his loquitur, qui occasione patrimonij ampliandi quod habent, se a diuinis subtrahunt obsequijs, & hoc modo debet intelligi capitulum præallegatum, & capitulum sequens, ubi dicitur pastor ecclesie his quibus sua sufficiunt non debet ali-

Horum duo vñ c. sequentiu littera est prorsus

quid erogare, quædo quidem nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere, nec illi qui suos possidentes dari sibi aliquid volunt sine grandi peccato suo, unde pauper videtur erat, accipiunt.

Supradicto etiam modo intelligi debet tertium sequens, ubi dicitur si quis propter hoc non vult sua relinquere ut habeat, unde videtur quid accipit, unde rationem reddat, ut quod peccatis alienis sua multiplicat. Et sic patet, quomodo intelligi debeat illud quod allegatum fuit ad primam partem.

Quo d autem ad oppositum arguitur per Apostolum, dico q non facit pro illis, q temporalibus abundantibus beneficium ecclesiasticum suscipiunt, non ut ecclesie deseruiant, nec vt pauperibus erogent, sed vt suos parentes ditent, & exaltent, & vt ipsemet delicatius & honorabilius viuât, & hoc patet si videatur expositio verbi apostolici. Dicit ibi Glo. Digni habeantur, scilicet a subditis duplici honore. scilicet vt spiritualiter eis obediant, & exteriora ministrent, boni enim dispensatores, & fideles non solum honore subditorum præuenire debent, sed etiam terreno, vt non contristentur indigentia sumptuum, & gaudeant obedientia spiritualium, & aliquibus interpositis subditur in eadem Glo. Accipiant ergo sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO XX.

Utrum clericus ad aliquam dignitatem dispositus, peccet mortaliter præstando impedimentum, ne illam dignitatem recipiat.

T V I D E T V R, q sic, quia scienter præstat impedimentum ad hoc, vt sit ineptus ad recipiendum quod est sibi occasio merendi: ergo mortaliter peccare videtur.

CONTRA, qui tollit a se occasionem ruinæ, non peccat mortaliter, sed dignitas frequenter est homini occasio ruinæ: ergo qui impedimentum præstat, ne recipiat dignitatem, & cæte.

CONCLUSIO.

Mortaliter peccaret, nisi id ob pusillanimitatem, vel humilitatem faceret timendo, ne in regimine oberraret.

RESPONDEO, q potest esse casus in quo peccaret mortaliter, & casus in quo venialiter & casus in quo mereretur. In illo. n. casu, in quo si non reciperet videret ecclesie imminere graue & notabile dispédiu, & piculū de ppinquo, & pbabiliter, peccaret mortaliter si non reciperet.

Item si arctaretur per superioris obedientiæ, & non reciperet peccaret etiã mortaliter.

In li. de vita contemplatiua quod ecclesie nunc prelati bene caueat.

Ad argu.

Ad aliam partem.

Boni prelati duplici honore debent haberi digni.

Argum.

Contra.

Item si se mutilaret, vt si esset inutilis, nisi hoc faceret per spiritus sancti dispensatione, peccaret ne illa dignitas sibi daretur, vel imponeretur, non videndo ecclesie imminere periculum, nisi recipere, sed timens recipere ominus, pp pigritiam, vel pusillanimitatem peccaret venialiter. Si autem per modum licitum procuraret, ne illa dignitas sibi daretur, vel imponeretur non videndo ecclesie imminere periculum, nisi reciperet cum alij essent sufficientes, qui eam recipere vellent, si eis daretur, vel imponeretur, si hoc faceret propter humilitatem timendo, ne in regimine oberraret, sic dico, q meretur.

AD PRIMVM cum dicitur, q scierit præstat impedimentum ad illud, q est occasio merendi, &c. Bene concedo, q si hoc faceret sub illo intuitu, q mortaliter peccaret, sed si hoc faceret timens sibi occasione ruinæ, non mortaliter peccaret, nisi per modum illicitum. scilicet se mutilando, vel per aliquid simile hoc procuraret, vel superioris obedientie contrairer. Ex prædictis in quæstione patet, quomodo ad argumentum ad aliam partem debeat responderi.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO XXII.

Utrum Magister teneatur recipere questionem pro qua incurret malivolentiam, quam questionem est utile scire.

Argum.

T V I D E T V R, q sic: quia secundum philosophum. i. Ethic. cap. 7. videbitur forsitan melius, & oportere pro salute veritatis, & familiaria destrueri, specialiterque philosophos existentes. Amobus enim existentibus amicis, sanctum est præhonore veritatem.

Contra.

CONTRA, Apostolus ad Rom. 12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

CONCLUSIO.

Mortaliter non recipiendo peccat, quando deteminando questionem alicui veritatis fidei, vel morum præiudicio obuiare posse existimaret alioquin venialiter, imo si pro uitando scandalo non recipit meretur.

Respon.

RESPONDEO, q posset casus esse, in quo peccaret mortaliter, & casus in quo peccaret venialiter, si non reciperet, & casus in quo non reciperet questionem deliberatiue aduerteret fieri præiudiciu veritati fidei, vel morum non recipiendo peccaret mortaliter, & maxime si pbabiliter cõiecturaret, q illa qonẽ recipiedo & determinãdo illis piculis obuiare posset.

In illo aut casu, in quo videretur probabiliter, q si qonẽ non reciperetur in nullo piudicaret

fidei, vel moribus: videret tñ q hoc scire audire toribus vtile esset, si illa qonẽ dimitteret recipere, ne illorũ incurreret maluolentiã, a quibus bonũ recipit, vel recipere possit, qd posset peccare venialiter. In illo aut casu, in quo si qonẽ non reciperet æstimare, pbabiliter non fieri piudiciu fidei, vel moribus, sed hoc faceret pro cõseruãda charitate, & pro vitanda turbatione, & scandalo, & malis iudicijs, q ex receptione, & determinatiõẽ illius qonẽs oriri possent, sic dico, q mereretur. Ex prædictis patet qd dici debeat ad argumentũ ad vtrãq; partẽ.

AD PRIMVM cum dicitur, q ambobus existentibus amicis sanctu est phonore veritatẽ, &c. Dico, q verũ est, sed non honoratur veritas, quocunq; dicitur, sed qn dicitur loco, & tpe & modo & sub alijs debitis circumstantijs, quibus obseruatis veritas honoratur cum dicitur.

SED qui dicit veritatẽ qn, vel vbi, vel talimõ, q ex dictione veritatis probabile est, q oriatur scandalum, vel turbatio, vel discordia, vel mala inuidia non honorat veritatem.

AD ARGUMENTUM ad aliã partẽ cũ dicitur, q debemus hñe pacẽ cũ oibus, si possumus, &c. Dico, q hoc intelligendũ est si hoc possumus sine præiudicio fidei, & morũ. Aliter. n. diceretur, q pati mala præponenda est guerra bona: melius est. n. contra falsitatem & malitiam cũ aliquorum discordia, q cũ eorum concordia, locum pbere, dissimulãdo malitiẽ, & falsitã.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO XXIII.

Utrum electus in episcopatum ignarus in sacra scriptura, & requisitus utrum sciat vetus Testamentum, & nouum, & respondet si sciret, peccat mortaliter.

T V I D E T V R, q non: quia si peccaret mortaliter teneretur resignare episcopatu, pp illud peccatum mortale obtentum, sed non dicitur, q tales resignare teneatur: ergo sic respondendo non peccat mortaliter, vt videtur.

CONTRA, mendacium perniciosum peccatum mortale est, sed talis sic respondendo mentitur mendacio.

CONCLUSIO.

De veteri, ac nouo testamento necessaria ad sui officij executionem ignorans, respondendo se scire mortaliter peccat, in præiudicium. n. animarum, quæ suo committuntur regimini mentitur.

RESPONDEO, q ille electus ignarus in sacra scriptura, aut est ignarus in sacra scriptura ex toto, ita vt etiam Decalogi, & fidei articulos ignoret, aut est ignarus non ex toto, sed in parte: quia quãuis nesciat sacram scripturam, sicut illi, q puecti sunt in scia, tamen mãdata, & articulos fidei, & virtutes, & sacra aliquomõ in generali scit. Si est ignarus primo mõ, credo, q respondẽdo se scire vetus testamẽtu, & nouũ, ex deliberatione peccat mortaliter, Rich. Med. Quolib. H 4 quia

Ad argum.

Sanctissima expositio a vera veritate, quæ conformatur cũ adequatio - ne dicitur veniens. Ad aliam partem.

Argum.

Contra.

Respon.

quia vt arguebatur scienter, & ex deliberatione mentitur mendacio pernicioso, quia mendacium tale est in prauidicium utilitatis animarum, quae suo regimini committuntur, si talis responsio necessaria est, ad hoc vt sua promotio impediatur. Si autem est ignarus secundo modo non auderem dicere, qd sic respondendo peccaret mortaliter: quia consuetudo, quae secundum iura est optima legu interpret: extra de consue. cum dilectus, sic obtinuit, vt illa quaestio sic intelligatur, scilicet, vtru sciat vetus Testamentum, & nouum, quantum ad ea quae scire est necessitatis in praelato: vnde si scit de veteri, & de nouo, ea quae necessarium est scire praelatum, & haec sunt illa sine quoru scientia, non potest competenter exequi suum officium, respondendo se scire vetus, & nouu Testamentum, respondet verum secundum intentionem quam quaerens habere debet in talem quaestionem quaerendo: & ideo non mentitur. Si autem nescit de veteri, & nouo testamento ea, quae necessaria sunt ad executionem sui officij, respondendo se scire vetus, & nouu testamentum; non respondet verum, secundum intentionem quam quaerens habere debet in talem quaestionem quaerendo, & ideo mentitur. Si autem de veteri nescit, nec de nouo: ea quae sunt necessaria ad executionem sui officij, respondendo se scire vetus, & nouum mentitur mendacio pernicioso in prauidicium animarum, & mortaliter peccat. Per hoc patet, quid dici debeat.

**Ad argum.** Ad argumentum ad vtramque partem, cu enim dicitur in primo: quia talis teneretur resignare, & cetera. Dico, qd aut postquam recepit episcopatum didicit de veteri, & nouo ea quae sunt necessaria ad executionem sui officij, aut non, si non, credo qd resignare teneretur: quia quilibet habens officium regiminis animarum, si non habet ea quae sunt ad executionem sui officij necessaria tenet illud officium in prauidicium animarum sui regimini commissarum, & ex consequenti in propriae salutis detrimentum. Si autem postea factus est sciens eorum quae sunt necessaria ad executionem sui officij, quamuis eorum esset ignarus cum ab eo fuit quaesitum, si sciret vetus & nouum Testamentum, non credo qd resignare teneatur, quamuis respondendo se scire mortaliter peccauerit, vt dictum est, nec obstat, qd dicitur acquiritur cum peccato, quia qd cum peccato mortali acquiritur, quandoq; homo resignare non tenetur, vnde mulier illud quod lucratur cum meretricio resignare non tenetur. Vel potest dici, secundum alios, qd etiam talis resignare tenetur cum hoc obtinuerit non tantummodo tacita veritate, sed expressa falsitate, si talis responsio necessaria est ad hoc, vt sua promotio non impediatur.

**Ad aliam partem.** Argumentu ad parte alia intelligedu est de illo, qui est ignarus, ita qd nescit de veteri & nouo

uo testamento ea, q sunt necessaria ad executionem sui officij, talen. concedo mortaliter peccare, cu requisitus ridet nouum, & vetus testamentum se scire, si sine tali responsione non promoueretur.

**CONSEQUENTER** sequitur.

Q V A E S T I O XXIII.

*Vtrum ille peccat, qui tali electo munus confirmationis impendit.*

**T V I D E T V R**, qd no: qd qd facit qd facere tenetur no peccat, sed rite electu, circa cuius personam nihil excipitur, tenetur confirmare ille ad quem spectat confirmatio: ergo confirmans illiteratum rite electum, si propter defectum illu, vel alium circa ipsum nihil excipitur, no peccat.

**CONTRA**, qui confirmat electum, q defectum patitur pp quem promoueri non debet, & promotus deponi peccat, sed patiens notabilem defectum in litteratura promoueri non debet: extra de elec. congregato: & promotus deponi: extra de aetate & qualitate ordinandum. cap. vlt. ergo peccat qui tali munus confirmationis impendit.

CONCLUSIO.

*Grauisime peccat, sciens eum quae sibi sunt necessaria ignorare, imo quam potest diligentiam adhibere tenetur, vt in illius insufficientiae cognitione deueniat.*

**RESPONDEO**, qd qui electum ignarum in sacra scriptura in tantum, qd nescit de sacra scriptura ea, quae sunt necessaria ad executionem sui officij confirmat, sciens eum esse talem, certum est qd peccat. Si autem ignorat eum esse talem, si non adhibuit debitam diligentiam ad deueniendum in cognitionem illius insufficientiae: etiam peccat: quia qui electum confirmat eum debet examinare diligenter, vel per bonos viros facere examinari, maxime si de insufficientia illius litteraturae dubitetur, vel dubitari debet, vnde extra de elec. nihil est, sic dicitur. Nihil est qd ecclesiae Dei magis officiat, quam qd indigni assumantur praelati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, irrefragabili constitutione sancimus, quatenus cu quisqua ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio diligenter examinet, & electionis pcesu, & psona electi, vt cu oia rite concurrerint munus confirmationis ei impendat, qd si secus fuerit incaute psumptu no solu deiciendus est indigne pmotus, veru et indigne pmoues puniendus, ipsum quoq; decernimus hac aia aduersione puniri, vt cu de ipsius costiterit negligetia, maxime si hoem insufficientis sciae, vel inhonestae vitae, vel aetatis illegitime ap. pbauerint, no solu costituedi primum successore illi careat ptae, veru et ne aliquo

casu pena effugiat, a pceptione proprii beneficii suspndatur, quo vsq; si equu fuerit intelligetiam

Arg. 1.

Contra.

Respon.

Limita ista decretalim vt in appa- rati.

tiam valeat promereri: si vero conuictus fuerit per maliciam excessisse, grauiori subiaceat ultioni: hic expresse patet, qd confirmans electum insufficientis scientiae, vel litteraturae peccat, cum faciat prohibitionem hic expressam & cum sibi per iura pena debeat imponi.

**Ad argum.** **AD ARGUMENTUM** in oppositum respondendum est: cum enim ibi dicitur, qd rite electum contra cuius personam nihil excipitur tenetur superior confirmare &c. Dico, qd falsum est si in ipso inueniat defectum litteraturae multum notabilem, vel aliquam aliam causam pro qua merito debeat repelli.

**CONSEQUENTER** veniendum ad tres vltimas quaestiones, quarum duae primae respiciunt tam clericos, quam laicos. Tertia vero tantum laicos. Earum autem, quae respiciunt tam clericos, quam laicos. Prima est haec quae sequitur.

Q V A E S T I O XXV.

*Vtrum iudex scienter sententiens contra veritatem, de qua certus est in conscientia sua, quam tamen nescit, vt iudex sed tanquam quaedam singularis persona forte quia solus factum vidit, peccet mortaliter.*

**Arg. 1.** **T V I D E T V R**, quod sic: quia glossa super illud ad Rom. 14. Omne qd non est ex fide peccatum est: dicit illud quod est contra fidem id est contra conscientiam, vt credamus malum esse peccatum.

**Secundo.** Item octaua di. qui contempta: sic dicitur. Qui contempta veritate praesumit consuetudinem sequi: aut contra fratres inuidus, & malignus est quibus veritas reuelatur: aut contra Deum ingratus est inspiratione cuius ecclesiae eius instruitur, & paucis interpositis subditur itaque veritate manifesta cedat consuetudo veritati: reuelatione ergo facta veritatis cedat consuetudo necessitati. Si ergo iudex certus est de aliqua veritate in conscientia sua quantumcunque probetur contrarium, siue per leges, siue per consuetudinem, vel per quascuque allegationes alias: peccat sententiando contra illud quod scit esse verum.

**Tertio.** Item vnde cima quaestione tertia: tunc vera est: sic dicitur: tunc vera est absolutio praesidentis cum interni iudicis sequitur arbitriu. Sed internus iudex videtur esse conscientia: ergo iudex tenetur semper sententiare pro eo, qd scit esse verum in sua conscientia quantumcunque in foro iudicij probetur contrarium.

**Quarto.** Item ff. quis & a quo appellatur. l. appellari a legatis proconsulis potest, & si multam dixerit potest de iniquitate eius proconsul cognoscere, & quod optimum putauerit statuere: ergo sequitur, qd quantumcunque probetur contrarium: licitum est sibi sententiare pro eo, quod in conscientia sua scit esse veru, & si licitum est, & non facit: peccat, quia qui tenetur veritatem defendere, & eam non de-

fendit per modum qui sibi licitus est, & possibilibus peccare videtur.

**CONTRA**, C. de iudi. l. rem non nouam videtur sic, qd omnes iudices siue maiores, siue minores tenetur determinare causam dando diffinitiuam sententiam secundum leges: ergo videtur, qd si iudex scit aliquid esse veru vt priuata persona, & sibi in foro iudicij probatur contrarium, qd debet dare diffinitiuam sententiam secundum allegata, contra id quod scit esse verum in conscientia sententiando pro iniusto, vel contra iustum.

CONCLUSIO.

*Parti quidem, quam in conscientia secundum veritatem cognoscit, pro viribus, ne ob patrocini defectum pereat. Fauere debet, tamen diffinitiuam sententiam secundum allegata ferre debet.*

**RESPONDEO**, qd iudex sententias scienter contra veritatem de qua certum est in conscientia sua, quam nescit tamen vt iudex: sed tanquam quaedam singularis persona, vt forte quia solus factum vidit: si in foro iudicij probetur contrarium per probationes ita efficaces quod in foro exteriori eas infringere non potest: non peccat sententiando contra illud, quod scit esse verum in conscientia sua. Immo qd bene facit, quia tenetur dare diffinitiuam sententiam secundum allegata: tamen tenetur esse valde sollicitus in fouendo illam partem quam in conscientia sua scit esse secundum veritatem ne pereat propter defectum aduocatorum, vel patrocini debiti, & si prius ad hoc deuentum fuerit, quam contra illam veritatem sint probationes: ita efficaces in exteriori foro, qd non possunt repelli: debet laborare ante diffinitiuam sententiam per omnes vias si quas inuenit licitas, qd innoces qd in foro exteriori inquietus est liberetur. Si autem nullam tale inuenire potest causam: debet alij si potest committere causam sine scandalo, & si non potest sine scandalo: tunc credo, qd debet dare diffinitiuam sententiam secundum allegata, quae in foro exteriori valere iudicantur. Et hoc potest declarari per multiplicem auctoritatem, & per rationem, & per exemplum: dicitur in capitulo quamus vndecima, quaestione tertia, quamuis vera sint quaedam: tamen iudici non sunt credenda nisi certis iudicijs demonstrantur. Et capitulo sequenti dicit Damascenus Papa. Eorum qui accusantur causas discutere non licet priusquam canonice vocati ad synodum veniant, & praeses per praesentiam agnoscat veritatem, & intelligat, quae obijciuntur, & ita licet apertissima sit contrarium apprehensio: verum tamen oportet ab his qui dati sunt ad eorum examinationem ordinem seruari. Istud decretum dicere videtur, qd in decisione causae, vel causarum secundum ordinem iuris, & allegata semper procedatur.

Item extra de offi. ordi. si sacerdos dicitur sic. Si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum

In oppositum.

Responso

Ista opi. quae sequuntur multo rite, secunda secunda. q. 67. art. 2. iuan. c. Arc. 1. c. ut dicit. 3. q. 7. ber. c. hum. de offi. or. c. 1. Inn de ces. c. uenerabili. 3. q. 7. m. tuis tenent hug. c. 10. videtur dist. 1. si in qua propter uideatur simmam ange. li causa. ca. iudicare. 5. 7. soluetem omnes contrarias ant. c. nico. de li. exod. 23. prima ant. pro opi. vicar. Secunda Tertia

reū alicuius criminis, vel si cōfessus fuerit, & remēdare noluerit nisi iudiciario ordine, q̄s probare possit: eum non debet nominatim arguere sed indeterminate sicut dixit Christus. vnus vestrum me traditurus est: sed si ille cui damnū illatum est petierit iustitiam potest excommunicare auctorem damni: licet etiam ei confessus sit: sed tamen nominatim non potest a communione eum remouere: licet sciat eum esse reum quia non vt iudex sed vt Deus scit. Sed debet eum ammonere ne se ingerat, quia nec Christus Iudam a communione remouit. Sed forte dices, q̄ hęc decretalis non est ad propositum, quia loquitur de hoc quod scit iudex in priuato per viam confessionis siue per viam aliam, vt forte quia vidit eum delinquentem: vnde super illud verbum decretalis in principio: si sacerdos sciat pro certo dicit glo. quia forte vidit eum delinquentem, vel quia ipse idem ei confessus fuit, per istam decretalem apparet, q̄ iudex in foro exteriori sententiarum tenetur secundum allegata.

**Quarta** Item secunda, quæstione prima: capitulo nos in quemquam sententiam ferre nō possumus nisi aut in conuictum, aut sponte confessum, quod non est intelligendum de eo qui confitetur in tormentis, quia tali confessioni non est standum, nisi post tormenta in cōfessione perseueret. Super illud decretum dicit glo. q̄ quatuor sunt modi cōuincendi, aut iure, scilicet instrumentis, vel testibus, aut facti euidētia: aut iuris interpretatione, vt sæpius citatū esse reū: aut violenta suspitione: sed nullo isto rum modorum conuictus est ille quem solus iudex vt singularis persona vidit delinquentem: vnde in talem non debet sententiam ferre: nisi per alium modum conuincatur.

Item in c. sequenti iudex criminofus discutiens non ante sententiam proferat, quam aut reum ipse se confiteatur supple in iudicio: aut per innocentes testes conuincatur in quo cōprehenduntur aliæ probationes quę legitimę reputantur in exteriori foro.

**Sexta.** Item in capitulo sequenti sine iudicio quę quam nolimus condemnari.

**Septima.** Item ea. q. c. vnus sic dicitur. Vnus ex vobis non ex vobis. Ex vobis enim est a quibus per iudiciariam potestatem confessus, aut conuictus exclusus non est, a me vero qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissime noui separatus & diuisus est. Hęc omnia iura præallegata ostendunt iudicem contra nullum quę vt priuata persona scit reum debere sententiā ferre nisi ille in iudicio se reum confiteatur, aut per probationes legitimas in iudicio conuincatur. Ad hoc facit, quod habetur ea. q. ca. Deus vbi dicitur. Deus omnipotens vt nos a præcipitandæ sententię prolacione compesceret cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius mala tamen sodomæ noluit audita iudicare priusquam manifeste cognosceret, quæ dice-

bantur, & infra si enim Deus cognitor omnium sodomorum mala quorum clamor ad cælum vsque peruenerat, sciens omnia prius: nec credere, nec iudicare voluit, quam ipse ea cum si delibus testibus diligenter intestigatis, quæ audierat opere comprobaret. Nos qui homines sumus, & peccatores quibus incognita sunt occulta Dei iudicia: hoc præcauētes nullum ante veram iustamque probationem iudicare, aut condemnare debemus, & infra: quando reus factum inficiatur: veluti si quis negaret eum interfecisse quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecit: hęc quia si reum negat sine examinatione fieri non potest: tamen bene operis euidētia quando crimen toti populo publicum est & notorium sine alia examinatione puniatur: vnde in eodem decreto sequitur. Aliquando ipsa operis euidētia reum esse testatur: quando opere publico crimen suum confitentur: tunc post secundam, & tertiam correctionem sine examinatione damnandus est si incorrigibilis extiterit. In hoc itaque vltimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosij, & Nicolai, & nihil manifesta accusatione non indigent. Ecce expresse habetur, q̄ iudex tenetur facere sententiam secundum allegata, & contra illud quod scit esse verum vt priuata persona.

Ad hoc est etiam ratio. Iudex enim magis tenetur esse sollicitus pro salute boni communis, quam pro salute singularis personæ: maxime cum in quantum iudex sit publica persona, & pro defensione boni communis statuatur: cum etiam bonum ecclesiæ nobilius sit, quam bonum singularis personæ secundum, q̄ trahi potest ex sententia Philosophi primo Ethic. c. 1. sed si iudex sententiaretur pro aliquo conuicto in iudicio quem tamen vt priuata persona scit innocentem: quamuis hoc esset ad bonum illius innocentis tamen esset ad malum communitatis quia populus scandalizaretur & via innocentis opprimendi, & noxios dimittendi iniquis iudicibus aperiretur. Posset enim dicere iniquus iudex quando per odium, vel per munera vellet punire innocentem, q̄ in cōscientia sua scit eum esse reū, & quando propter priuatū amorem, vel propter munera vellet dimittere noxium diceret q̄ in conscientia sua scit eum esse innocentē, & sic via malefaciendi iniquis iudicibus esset aperta.

Ad hoc est exemplum. Videmus enim, q̄ si quis officialis scit aliquem contraxisse cum aliqua prima per verba de præsentī in occulto ita, q̄ ille contractus in iudicio probari nō potest, & postea cōtrahat cum alia in facie ecclesiæ qui contractus quamuis nullus sit in re in iudicio tamen probatur: ille officialis sententiat pro secunda licet in conscientia sua sciat eum esse verum maritum primæ, & non secundæ.

Fuerunt

**Opi. hugon.** Fuerunt tamen aliqui qui dixerunt, q̄ si iudex in conscientia sua scit aliquem esse innocentem, qui tamen in iudicio cōuictus est. Debet causam remittere ad superiorem, & si superior nulli subiectus est, & scit illum innocentem esse debet ipsum absolueret. Sed hęc sententia videtur esse contra iura præallegata.

**Contra.** Præterea tunc obligaretur iudex inferior, vt pote Comes ad transferendum suam iudiciariam potestatem in superiorem, vt pote in regem saltem in illo casu, & si posset sibi præiudicium generari in alijs casibus, quia si ter aut quater hoc faceret: posset dicere rex se esse in possessione iudicandi, & puniendi homines illius comitis prætermisso eius iudicio. Præterea quamuis iudex qui non habet superiorem nisi Deum non sit subditus legibus, quas ipse condidit: decet tamen ipsum secundum ipsas iudicare ne populum scandalizet.

Præterea punire conuictum in iudicio non tantum est de lege positua: sed etiam de lege diuina: cui quilibet iudex subiectus est. Quapropter illa vltima opinione dimissa sine eius præiudicio, & assertione temeraria mihi videtur standum opinioni primæ quæ multis viribus approbata est.

**Ad primū.** AD PRIMVM in oppositum cū dicitur, qui facit contra conscientiam ædificat ad gehennam &c. Dico, q̄ iudex nisi habeat cōsciētiam erroneam puniendo illum quem scit innocentem, vt priuata persona si in iudicio probatus est reus, vel absoluedo illum quem scit esse reum, vt priuata persona: si in iudicio probatus est innocens, non facit contra conscientiam, quia in iudicio procedere debet non vt priuata persona: sed vt publica.

**Ad secundū.** AD illud quod arguitur secundo. Dicendum est, q̄ illud decretum intelligendum est de contemptu veritatis manifestæ in iudicio, & hoc sonat verbū manifestationis. non enim manifeste dicitur, quod per aliquam legitimā probationem probari non potest.

**Ad tertium.** AD tertium cum dicitur, q̄ tunc vera est sententia cū interni iudicis sequitur arbitriū. Dico, q̄ per internum iudicem debemus intelligere conscientiam, vel Deum. Sed secundum arbitrium ipsius Dei est, vt iudex in iudicio procedat secundum allegata si sint allegationes tales quas secundum ordinem iuris repellere non potest.

**Ad quartū.** AD illud quod arguitur quarto dico, q̄ verum est procedendo secundum ordinem iuris, & secundum allegata, q̄ processus potest, quod optimum putauerit statuere cum appellatum ad ipsum sit &c. Hęc autem quæ dicta sunt de ista quæstione sine præiudicio, & temeraria assertione dicta sufficiant.

CONSEQUENTER sequitur.

QVAESTIO XXVI.  
Vtrum existens in vno peccato mortali possit alij peccato resistere.

**RESPONDETUR**, q̄ sic: quia peccatum mortale requirit liberum consensum. Sed qui libere potest consentire: libere potest dissentire, ergo existens in vno peccato mortali ab omni peccato mortali potest dissentire, & ita in omni alio peccato resistere.

**CONTRA**, libro secundo secundum Magistrum di. 24. liberum arbitrium est facultas rōnis, & volūtatis, qua bonū eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente. Sed ille qui est in peccato mortali nō habet gratiam: ergo videtur, q̄ quando est in illo statu non possit peccatum mortale euitare.

CONCLUSIO.

Existens in vno mortali peccato non potest diu stare, quin in aliud incidat mortale, voluntas enim in eo existens debilis ad temptationibus resistendum efficitur.

**RESPONDEO**, q̄ homo existens in peccato mortali non potest diu stare quin cadat in aliquod aliud peccatum mortale. Ad cuius intelligentiam sic procedendum est. Primo enim declarandum est: quare homo etiam in gratia in statu naturæ corruptæ non potest vitare de lege communi omne peccatum veniale. Secundo declarandum est, q̄ voluntas existens in peccato mortali non est habitualiter fixa in Deo. Tertio ex prædictis concludendum est propositum. Quarto soluendæ sunt quædam instantiæ quæ possent adduci contra propositum.

Quantum ad primum articulum sciendum est, q̄ homo in statu naturæ institutæ: ita erat ordinatus, q̄ sicut mens eius erat Deo subdita per obedientiam, & amorem, ita vires inferiores secundum quādam proportionem omnino subditæ erant rationi, & volūtati, & ideo homo in statu illo omne peccatum vitare poterat tam mortale, quam veniale. Sed quia peccādo mens eius auersa fuit a Deo: factum est, vt vires inferiores rebelles fierent rationi, & volūtati, & ex hoc accidit, vt multi inordinati motus & reprehensibiles oriantur in appetitu inferiori: scilicet in appetitu sensitiuo: quorum quemlibet in singulari, homo per rationem, & voluntatem præcauere possit: quāuis non possit omnes præcauere in communi, quia dum vnum ratio præcauere nititur: iam ex alia parte aliud insurgit, & quāuis voluntas omnino non possit omnes motus inordinatos in appetitu inferiori in communi: tamen quia quemlibet per se præcauere potest in singulari, ratio, illi motus inordinati in appetitu inferiori, quorum quilibet in singulari per se potest præcauere aliquam rationem fortuntur culpabilitatis. Et sic patet ratio quare homo in statu naturæ corruptæ etiam existens in gratia

Arg. 1.

In oppositum.

Responsio

De articulo quæstionis.  
Primus articulus.  
Et si in statu innocentiæ nō est mortale veniale, & veniale effugit potuerit. tamen in statu isto nō est veniale, neque mortale in communi effugere nequimus.

quatuor modi conuincendi. Allegationes horum membrorum habet in glo. Quinta

Ratio.

est amabile sic boni exhibere vni soli publici christi tamen atque diuini signi, & cunctis.

Exemplum



in gratia non potest de lege communi effugere quin incidat in aliquod peccatum mortale & intelligo, q non potest effugere diu, quia potest etiam aliquod momentum temporis: inde quo potest etiam sine omni peccato veniali. Et hæc de primis articulo dicta sint.

Secundus articulus absque charitate uoluntatem in Deo fixam esse non potest.

Consequenter declarandum est, q uoluntas existens in peccato mortali non est habitualiter fixa in Deo habitus enim quo uoluntas in Deo figitur charitas est: ita, q sine illo uoluntas in Deo habitualiter, & sufficenter figi non potest. Qui enim non diligit Deum habitualiter & propter se & super omnia: habitualiter in Deo fixus non est. Charitas autem cum nullo peccato mortali stare potest. Aliter enim idem homo posset esse Deo gratus, & inimicus quod falsum est: restat ergo, q uoluntas existens in peccato mortali habitualiter in Deo fixa non est. Et hæc de secundo articulo dicta sint.

Tertius articulus.

Tertio ex prædictis cõcludendum est propositum, sicut enim in articulo primo uisum est, q vires inferiores non sunt fixæ in obediẽtia rationis, & uoluntatis: ideo non potest homo vitare diu omne peccatum ueniale in cõmuni quamuis possit vitare quodlibet signatum. Cum ergo similiter uoluntas existens in peccato mortali non sit habitualiter fixa in debito fine qui Deus est: ita ut pro nullo bono consequendo, vel malo vitando ab eo separari uellet, non potest stare diu quin occurrant aliqua propter quæ consequenda, vel vitanda homo recedit a Deo transgrediendo præcepta ipsius: & quãuis quodlibet istorum signatum vitare possit non tamen potest omnia in communi, quia quamuis uoluntas sine gratia libera sit ad malum, nõ tamen sine gratia sufficienter libera ad bonum: nec propter hoc excusatur cum deficit, quia in potestate eius est cum adiutorio Dei principaliter operantis ipsam figi habitualiter in Deo per gratiam, per quam omne peccatum mortale vitare possit & in singulari, & in communi. Quod autem uoluntas in peccato mortali existens diu stare non possit quin in aliud mortale incidat: nisi cito per pœnitentiam sanetur: testatur Aug. in lib. de perfectione iustitiæ dicens sic. quisquis negat nos orare debere ne intremus in tentationem: negat autem hoc qui concedit ad non peccandum: gratiæ Dei adiutorium non esse necessarium: sed sola lege accepta humanam sufficere uoluntatem: ab auribus hominum remouendus est.

Falsum est quod quodlibet signatum vitare possit, quia non potest vitare peccatum de non diligendo Deum toto corde die seculo absque charitate.

In finelibri

Item Gregorius super Ezechielem ponit, q peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. Et hæc de tertio articulo dicta sufficiant.

Potius lib. 25. mora. super illud Iob 74 conteret montes & inuenerabiles. Quartus articulus pri-

Quæ possent adduci cõtra propositum: posset enim aliquis dicere, q ex quo uoluntas existens in peccato mortali ad modicum tempus

vitare potest ne incidat in aliquod aliud peccatum mortale, & quanto magis resistit tanto fortior ad resistendum.

ma instantia contra supra dicta secunda instantia.

Videtur etiam, q per longissimũ tempus vitare posset ne in aliquod mortale incidere & iterum cum mortale peccatum nõ committatur: nisi per liberum consensum, & uoluntas existens in peccato mortali semper libera est ad consentiendum, vel non consentiendum: videtur, q vitare posset etiam per lōgum tempus ne incidere in aliud mortale peccatum. Sed prima instantia deficit, quia quamuis uoluntas quanto diutius resistit tentationi: tanto fortior fit ad resistendum quantum est ex parte sua: tamen quia in lōgo tempore plures insurgunt tentationes, & plures peccandi oportunitates, & occasiones, quam in modico tempore ceteris paribus, ideo non sequitur, q si posset stare per modicum tempus ne incidat in aliud mortale peccatum, q etiã posset stare per longum tempus: sicut uides q homo debilior posset resistere vni ipugnati, vel duobus cum tamen fortior in triplo non posset resistere triginta pugnantibus, vel quadraginta vel potest dici, q uoluntas existens in mortali peccato quanto diutius in illo peccato remanet tanto debilior efficitur ad resistendum temptationibus: non in quantum per modicum tempus tetationibus resistat. Sed quia vires inferiores semper per suos motus inordinatos emolliunt eam, & ad malum reddunt proniorem, eo, q ipsa uoluntas adiutorio gratiæ destituta nõ sic potest illos motus refrenare: nec ordinare sicut cũ beneficio gratiæ est adiuta.

Prima solutio ad primam instantiam.

Secunda solutio ad primam instantiam.

Prima solutio. Secunda instantia.

Alia instantia sic soluitur secundum quosdam. Cum enim dicitur, q uoluntas semper libera est ad consentiendum, vel non consentiendum: dicunt, q uoluntas semper libera est in hac uita ad consentiendum, vel non consentiendum, dicunt, q uoluntas semper libera est in hac uita ad consentiendum, vel non consentiendum cuiuslibet temptationi, signata, tamen dicunt, q propter infirmitatem humanæ naturæ destitute uoluntas hominis adiutorio gratiæ destituta quadam necessitate non tamen coactionis sed defectibilitatis, quam facilius potest in malum, quam in bonum qua libertate a malis non exclusa: non potest per lōgum tempus stare quin alicui temptationi consentiat libere tamen, vel quin aliquid quod facere teneret obmittat per quod incidat in peccatum mortale, & quia sicut allegatum est supra: liberum arbitrium est facultas rationis, & uoluntatis qua bonum eligitur gratia assistente, & malum eadem desistente: uoluntas hominis in peccato mortali existenti multum est libera ad malum, & parum est libera ad bonum quam diu sic est: cum autem per pœnitentiam gratiam Dei recuperat accipit magnam libertatem ad bonum.

Alij prædictam instantiam soluunt dicendo, quod

Secunda solutio.

quod quamuis uoluntas hominis in hac uita semper sit libera ad consentiendum, vel non consentiendum malo: tamen propter infirmitatem naturæ destitute sine gratia Dei non potest diu stare quin libere alicui peccato mortali consentiat.

Ad argum. in oppositum.

AD ARGUMENTVM in oppositum cũ dicitur, q peccatum mortale requirit liberũ consensum &c. Dico, q uerum est: sed uoluntas hominis quamdiu est in mortali peccato non potest diu stare quin libere consentiat in aliquod malum tali consensu in quo mortaliter peccat. Et cum dicis postea, q qui libere potest alicui malo consentire, libere potest etiã dissentire: uides q hæc propositio ad plurimum habet falsitatem in damnatis: in homine autem existente in peccato mortali, quam diu sic est, & si non habeat instantiam respectu cuiuslibet mali signati: habet tamen instantiã in peccato respectu mali in communi, quia quamuis libere possit ab hoc malo dissentire signato per se, & ab illo alio, & sic deinceps: non tamen diu potest dissentire ab omni malo, & hæc quæ dicta sunt de hac quæstione sine præiudicio, & temeraria assertione dicta sint.

CONSEQUENTER veniamus ad quæstionem illam, quæ respicit laicos tantum quæ fuit hæc.

QVAESTIO XXVII.

Utrum laici subditi dominis temporalibus teneantur soluere tallias de nouo impositas, quæ non uergunt nisi in utilitatem dominorum.

Arg. I.

VIDETUR, q sic: sicut enim dicit Beatus Petrus in prima Canonica sua capitulo secundo: serui subditi estote in omni tempore dominis, non tantum bonis, & modestis sed etiam discholis: ergo uidetur, q subditi tenentur obedire dominis suis imponentibus eis tallias & indebitas collectas.

Secundo.

Item Apostolus ad Ephesios sexto. Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis uestri sicut Christo: sed Christo in omnibus est obediendum: ergo subditi debent dominis temporalibus in omnibus obedire, quæ non sunt contra Deum.

Contra.

CONTRA, domini non tenentur defendere subditos extra suam iurisdictionem: ergo a simili subditi non tenentur obedire dominis suis: quando domini in præcipiendo excedunt limites suæ iurisdictionis.

CONCLUSIO.

Utrumque liberi illas tantummodo tallias, quæ directe, vel indirecte in boni communis utilitatem redunt, soluere tenentur, serui tamen etiam illas, quæ solum in utilitate m dominorum uergunt.

AD ISTAM quæstionem. Respondeo, q subditi aut sunt serui: aut sunt liberi: si sunt ser

ui simpliciter dico, q tenentur soluere tallias de nouo impositas quamuis non uergant: nisi in utilitatem dominorum, quia serui, & res seruorum sunt possessio dominorum, unde Philosoph. 1. Politic. dicit, q seruus est res possessa: unde si fugiat seruus domino debeat restitui, extra de seruis non ordinandis. de seruorum, ubi dicitur, q si aliquis seruus fugiens dominum suum quacunque calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit de cretum est, ut deponatur, & eius dominus eũ recipiat. Si autem subditi sunt liberi: ita, ut dominus eorum dominetur eis pollicite tunc distinguo, quia aut dominus ille qui de nouo uult imponere tallias est rex vel princeps: aut dominus inferior: si non est rex vel princeps: sui dominus inferior: tunc dico, quod subditis suis liberis de nouo tallias imponere nõ potest, & si imponit, quia egreditur terminos potestatis suæ non credo, q subditi obedire teneantur maxime si sine cõsensu Regum, vel Principum imponunt, quod probatur in simili. prohibetur enim Abbatibus, Episcopis, & alijs prælatis ne nouos census imponant ecclesijs, nec veteres augeant extra de censibus, & exactionibus. c. prohibemus, & supra capit. scientes, & infra eadem ecclesijs, & c. innouamus, ubi propositum habetur non tantummodo in simili sed expresso. ibi enim dicitur sic: nec quisquam aliquas nouas pedagiorũ exactiones sine auctoritate, & assensu regis, & principum statuere aliquo modo præsumat si quis autem contra sexto fecerit, & cõmonitus non destiterit donec satisfaciatur communiõne careat Christiana. hæc idẽ habetur infra de uerbo. sign. super quibusdam. § prater ea. ubi scribit dominus Papa Comiti tholosano sic. cũ pedagia, guidagia, salinaria tibi legatus inter dixerit memoratus: auctoritate Apostolica duximus declarandum illa esse pedagia guidagia salinaria interdicta, quæ non apparent imperatorum, vel regum, vel lateranen. consilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine a tempore cuius nõ extat memoria inducta. Ad hoc etiam facit illud quod habetur. C. noua uecti. insti. non posse. l. 1. c. 3. ff. de legi. & sena. consul. l. & ideo.

Lec. 6. & 9.

Solidius uide de doc. in c. super quibusdam de uerb. signi. præsertim Io. An. & Pa.

in c. innouamus.

Si autẽ dominus est Rex, vel princeps tunc planum est, q sua auctoritate pro utilitate boni communis nouas tallias subditis potest imponere compensata subditorum facultate, & negotij, quod est pro bono communi qualitate & quantitate. ff. de publi. & uecti. uectigalis, & C. noua uecti. l. 1. & 3. ubi habetur hæc sententia, q noua uectigalia nõ possunt imponi: nisi a principe in quo duo clauduntur, scilicet, & q princeps potest ponere, & non domini inferiores principibus in consultis. Si autem illæ talliæ in nullo sunt ad utilitatem boni communis: tunc dico, q nec Rex, nec princeps tales tallias de nouo imponere potest subditis liberis.

liberis. Et ratio huius est, quia possessiones subditorum liberorum non sunt possessiones dominorum. vnde si eis soluant ea, quæ antiquitus sunt instituta, vel de nouo, si factum est de consensu subditorum ex aliqua rationabili causa non tenentur dominis soluere tallias alias: si in nullo redundant in vtilitatem boni communis vel ipsorum subditorum qui eas soluant.

Sciendum tamen, quod aliquando illæ talliæ sunt ad vtilitatem boni communis directe, & aperte, & hoc quando fiunt pro defensione dei, vel refectioe pontium, & viarum. Quandoque autem indirecte & non ita aperte sicut cum aliqua iniuria infertur regi extra suum regnum vt pote, quia iniuste ab aduersarijs detinetur captiuus frater, vel filius, vel propinquus eius, vel amicus, vel cum aliqua terra, quæ de iure nouo deuoluta ad regem, ab aduersarijs possidetur violenter vel de facto, & Rex imponit tallias subditis per quas ius suum recuperat: tunc illæ talliæ redundant in bonum subditorum tam in bonum delectabile, quam vtile, quam honorabile. In confusione enim regis subditi si tales sunt quales esse debent tristantur, & minus honorantur, & Rex paruipenditur: possessiones subditorum suorum non ita secure a subditis possidentur, quia tunc magis est periculum ne ab aduersarijs inuadantur. Econtrario cum rex viriliter ius suum recuperat contra aduersarios excipiendo terram de iure sibi debitam, vel liberando fratrem, vel consanguineum iniuste detentum, quia ex hoc magis Rex honoratur, & ab aduersarijs timeatur: sequitur ex hoc, quod subditi si sunt tales quales esse debent, gaudent, & suas possessiones securius possident, & in maiori honore habentur: vnde in tali casu: si regis facultates ad expediendum negocium non sufficiunt: credo, quod a subditis etiam liberis potest accipere moderatum adiutorium compensata subditorum facultate, & negotij qualitate, & quantitate, & vtilitate: videtur tamen mihi, quod negocio expedito: si regis facultates abundanter augeantur, & aliquæ communitates nimis notabiliter sunt grauatae: quod rex debet eis subuenire secundum exigentiam, & proportionem: sicut sibi subuenerunt in sua necessitate. Cum enim ca-

*Defraudantibus tallijs legitimè impositis ad restrictionem astrictis liquido habeatur a pa. in ca. in noua. extra de censibus.*

### Questio XXVII.

put indiget: alia membra quicquid possunt adiutorij subministrant ei, & caput etiam alijs membris adiutorium subministrat. Sciendum est tamen, quod quia facultates regum eis datæ sunt propter promotionem, & defensionem communis vtilitatis: si facultates eius pro defensione regni, vel fidei sufficiunt credo, quod non debet etiam in illo casu subditos talliare: sed ego non dico facultates regni sufficere quando non potest defendere regnum, vel fidem: nisi ita se depauperando, quod nihil sibi remaneat in thesauro quo se posset iuuare, si iterum infra breue tempus ab alijs aduersarijs inuaderetur, maxime si est regnum multos emulatores habens, & insidiatores: vnde non est ociosa tali regi pecunia in thesauro, quia aduersarij scientes eum inimicum magis eum timent inuadere, & ex consequenti magis pacifice possidet regnum suum quamuis multo plus sibi valeret thesaurizare amicitiam subditorum quam magnos cumulos auri, & argenti. Fortior enim est Rex dilectus a subditis thesauro auri, & argenti carens, quam qui abundans auro, & argento amicitia suorum subditorum priuatur: sic ergo patet in summa ad questionem, quod subditi liberi non tenentur soluere tallias, quæ eis a dominis temporalibus de nouo imponuntur: si nec directe: nec indirecte in vtilitatem boni communis redundant.

AD PRIMVM argumentum in oppositum cum dicitur, quod serui debent esse subditi dominis etiam discipulis, &c. Dico, quod vel loquitur de subditis qui serui sunt: aut si loquitur de liberis intelligendum est, quod debent eis esse subditi in his ad quæ se extendit potestas eorum. Modo simili responderi potest ad secundum.


Hæc quæ de prædicta questione dicta sunt & quæ dicta sunt in omnibus alijs questionibus meis: si qua inuenientur ibi dicta, quæ non sint de communi opinione doctorum, intelligo, & volo esse dicta sine assertionem, & illa esse dicta, vt sint occasio inuestigationis, & subtrahationis intellectus.

Et si in aliqua questionum mearum inuenitur aliquid corrigendum, vel obscurum, postquam mihi esset ostensum, paratus essem corrigenda corrigere, & obscura explanare prout scirem, & possem.

*Ad primũ.*

*Ad secundum.*

*Protestatio humilis omnium doctorum suorum.*



## B R I X I A E,

A P V D V I N C E N T I V M S A B B I V M.

M. D. X C I.

De consensu Superiorum.

*Expliciunt omnes quæstiones quolibetales fundatissimi Doctoris Ricardi de Media Villa Minoritanaque familia in bar.*

